


IVSTI IVDOCI
DECVLEONIS
CORTRACENSIS

ORATIONES
EPISTOLAE
ET
CARMINA.




Ex Legato Illustriss: Coccini.

ANTVERPIÆ
Ex Officina Hieronymi Verdussi.
CIↃ. IↃC. XIII. 3

CLARISSIMIS NOBI-
lissimísque viris Iudoco de Schietere, Domino de Malstapele. Adriano de Beer, Domino de Meulebeke. Iudoco Eghels, Domino de Schieruelde. & Gherolfo vander Haghe Territorij Cortracensis Optimatibus. Francisco de Cabotere. Aegidio de Baenst. Petro Muelman. Henrico Hannoy. Arnoldo van Houte. Michaëli de Kees. & Antonio Salembier Iuris optimi fundorum in eodem Territorio Decurionibus IVSTVS IVDOCVS DECVLEO,

S. D.



EQVITANTI olim per Alpes, quæ in Heluetiam dorsum præbent, Clarissimi Nobilissimíq; Viri, qui in comitatu vnà erat, equitandi (vt mihi videbatur) egregiè peritus, me seriò monuit, vt quoties in iugi planiciē aliquam, emensis faucibus, peruenirem, ibi paruæ moræ stationem facerē, fronte equi ad radices montis, vnde cliuus inceperat, conuersa: id conducere ad animalis recreationem & iucunditatem aiebat, ex aspectio-

*2 pectio-

pectione terrarum ſuccumbentium & ſuperati laboris: quod ego poſtea re exploratum habui, ſic ſe habere. Quin & haud abſimile mihi nuper reflectenti mentem ad exactum æuum, vſu venit, cùm liberiore otio & ab occupationibus auocato die, intervallo, quàm potuit memoria longiſſimo, repeterem anteactæ vitæ curſum, ad hanc vſque metam. Hoc effeci, vt quaſi ex decurſi ſtadij ſpecula, multa cogitatione, cuiuſq; ætatis cum labore actiones contemplando, animo alacriore, ad reliquū vitæ, quibuſcumq; impendentibus fatis, peragendum inſtaurarer confirmarérque. Horum enim bellorū, mutationum ac rerum viciſſitudinum prima fundamenta vidit pueritia, quæ ſicut quædam flumina abſorberi ſolent, ad aliquot annos, in quoddam Barathrū, deſidente æſtu, in viſcera telluris, deuorata ſunt, donec

nec maioribus ſpiramentis (quæ terga vertiſſe videbantur) Belgium vniuerſum, eluuione obruerunt, & ex doloſo cinere emicuit ingens flamma, quæ pulcherrimam regionē eſt depaſta incendio. Ea tempeſtas ſuis fluctibus atque torrente, adoleſcentiam meam iactatam variè peregrinantem fecit annos octo. In earum rerum conſideratione, dictorum ac factorum recordatione, multam cogitationem poſui, & diuerſo turbinē impulſa mens, adduxit ad quoddam volumen, in quo quædam priuatim ſcripta & publicè acta annotauerā. In quibus iuuentutis meæ honeſtiſſimis exercitamentis, ſpaciante huius ætatis maturitate, in dubio hęſit animus, quid de illis ſcriptis ſtatuere deberem, quæ in aduerſarijs erant. Ea ita neglecta ad heredes dimittere, conſilij non ſatis probati videbatur; igni dare pietas prohibebat, &

 cru-

crudele censebam, tametsi non formosos ingenij fœtus, non modò tolli ex oculis & eorum oblectamentis subito orbari, sed tanquam de crimine conuictos vno momento interire. Etenim sicut nulla arctior est colligatio, quàm ea quæ sanguinis propagine à parentibus in liberos diffunditur, sic & amor est, charitásque non minina auctorum erga ea monumenta & elucubrationes, quę ingenij nisu parta sunt. Tanta autem est vis connubij ac propinquitatis vinculum, vt quamuis lusca, pectorosa aut gibbosa sit nata proles, omne id vitium non animaduertat amoris magnitudo: quin cuique ex se nati pulchri appareant, dignósque iudicent parẽtes, quibus ipsi & alius delectetur. Et forte in eadem sum philautia, communiq; scripturientum errore. Attamen is mihi sensus magis dignus venia videtur, quàm
eorum

eorum hominum opinio, qui cum in vita nihil laude dignum egerint, cum ſanguine aut ſudore militię aut communi bono domi, in publicum ſpargendo merita, nuſquam genus humanum beneficiis obſtrinxerint, ex magnifica ædificatione coacervato latere & cæmento, aut coëmptis fundis ſibi æternitatem perſuadent, aut nobilitate poſteris commendari ſperant. Verùm longè ſecus euenit. Quis enim eſt ita amens ſi ab adulatione eſt ſemotus, quando conſiderat inſanas ſubſtructiones quorundam hominum nouorum, & fortaſſis bonorum ac collorum ſectorum, qui hoc miſero funeſtóque ſæculo ex taberna meritoria, flagitio aut vili mancipio prodierunt, nihílque in ære antea habuerunt, quis eos propter repentinas opes, viros bonos, aut Reipub. amicos iudicet? Ecquod ſumulacrum virtutis cernimus

nimus in his qui tanquam vulturij paludati, litium tendiculis, subornatis honorú Curatoribus, aut apographæ principalis membrana fulti in amplissimos fundos, iurísque optimi irrepserunt, nequicquam eiulantibus ac ingemiscentibus iustis hæredibus, qui in cunis vagiebant, aut armorum metu aberãt, aut si aderant, ad resistendum pecunia deerat, quæ non minus litium, quàm bellorũ neruus dici potest. Hi quando ad perpendiculum libratos fornices & ordine dispositas columnas in peristylijs, aut laqueatam cœnationem in ædibus, aut in hortis herbidos toros vel ipsi spectant, aut admiratoribus spectandos præbent, nihil est quod omnino suum dicere possint. Magnam siquidem operis partem cemẽtarius, quandam calcarius, nonnullam lapicida & latrarius, multam tignarius & scandularius,

larius, & vniuersam fabricam Architectus sibi vendicat, suúmque dicit esse artificium. Et sanè longè æquiores laudis distributores sunt & famę assertores, quos hæc nostra ętas producit, fictores, pictores, statuarij & sculptores, qui suo contenti, alieno honore abstinent, cùm in vna tabula, inuentionē suam vnus, alius sculpturam, tertius typographiam suam esse dicit. Et illæ deliciæ de quibus modò verba fecimus, in oculis hominū, & quotidiano conspectu positæ, frequēter audiunt à prætereuntibus; Huius fundi prædam fecit talis pupilli aut inopis viri solitudo; illius distractio, deterritis propinquis, vel tutorum dissimulatione facta est. Illæ scandulæ ex desertis ædibus pagi vastitate detractæ, huc inemptæ migrarunt: ex indefensæ viduæ aut pauperis prædiolo aduectæ arbores trabibus materiam suppeditarunt:

aurum contulit ex rusticorum agris, ac stabulis abacta vaccarũ & ouium nundinatio, aut tormentis & equuleo expressa pecunia. Et tandem illa vniuersa insolens ostentatio, quanti est temporis, aut quamdiu in bonis eius, qui opes contulit ædificantis, cuius vita incerto & breui periodo clauditur, & plerumque à morte ad frugiperdam abeunt hæredem, ganeonem, helluonem aut aleatorem improbum. Sed omissis paradoxis, quæ vulgus non capit, redeamus ad illa pignora, quæ vestro nomini dedicata ex vmbra in lucẽ prodeunt, quæ si omne non sint latura punctũ, certè cum dicerentur, claris & doctis hominibus iucunda fuerunt, & venusta visa sunt. Immo talia sunt quę decoctor nepos non abligurict, neque filius aleator in fritillum deponet, non perduellionis reus fisco deuoranda dabit, aut patriæ prodi-
tor

tor infamiæ macula aſperget, aut in inſidiantium ſunt caſura plagas. Vos quoque (Clariſſimi Nobiliſſimique Optimates & Decuriones) qui à forenſibus negociis vacui, nobiliter viuitis intra patrimonij veſtri cenſum; huic meo erga vos ſtudio affines fore arbitror, & nunc maximè, vbi ſublata bellorũ tempeſtate, ſucceſſit agrorum malacia & ex vrbe in otium rure proprijſq; maiorum veſtrorum & gentilium laribus recepti eſtis. In his forte quædam offendetis quæ poſt aliorũ grauium auctorum lectionem, varietate placebunt vobis ipſis: multa quæ liberis veſtris, qui à literarũ auſpiciis inchoantes, virtutis ac gloriæ ſunt facturi tyrocinium, commoda erunt; gratiora autem, propterea quod ea manibus ſuorum progenitorum iucundè tradita erunt. Neq; me fugit hoc opus non cariturum ſuis reprehenſoribus

(nihil

(nihil enim est tam scitè dictum aut concinnè actum, quod non aliquod latus præbeat morsui aut maleuolentiæ obnoxium) quia carpere facilius est, quàm imitari. Erunt qui vitio dabunt, me hac ætate ad altiores disciplinas prouectum & ciuilia negocia tractantem, tanquam postliminiò, hisce preteriti æui studijs animum adiicere. Quibus ego tam iniquis iudicibus responsum volo, me illud tempus, quod à grauioribus oneribus ferianti cõceditur ingenio, libenter huic rei dare, humano animo dignissimæ. Nulla siquidem existit pars vitæ hominis, quæ humanioribus litteris nõ recreetur. Quin & ipsa senectus extrema oculis capta, earum rerum, quę in his studijs legerit, recordatione, in corporeæ lucis deliquio, claritatem mentis & hilaritatem inuenit, fortunatas Insulas, Heliconem & Tempe sibi fingit, & in

& in vigilia mentis semper viuit. E
qui his litteris non sunt instructi,ea
rúmque deliciis non capiuntur,ple
rumque mentis oculos sibi eruente
in contumeliæ tenebras incidunt
Quidã enim aleæ lusui infami, nul
lo precio redimendos vitæ dies im
pendunt inutiliter, in quo qui calli
dissimè circumuenit,is optimus ma
gister esse dicitur, si felix iactus, a
calamitatem est illecebra, & dam
ni vestigium secum trahit. Et quic
abest magis ab officio humanæ cel
situdinis, in qua nati sumus, quàn
videre ad fori biuuim stantem vene
randa canicie senem,plebis captan
tem fabulas, vel in exedra aprican
do,non philosophiam aut sapienti
sed deliramenta tractare, & immix
tum leuibus hominibus, prętereun
tem vnumquemq; virum vel femi
nam notare, & plurimos cachinnc
aut sanna prosequi? Et quo nihil
bar-

barbarius, conuiuijs non propter æqualium ſermonem & amicorũ cœtum delectari; ſed ebrietatem ad noctis gallicinium commeſſationibus intempeſtiuis producere, & niſi vinolentia acceſſerit, ſuum conuiuatorem inamœnitatis, & illiberalitatis accuſare & ſic bibendo & ſtertendo Phœbi & animi lucem tollere. At mihi poſtquam mens forenſibus cauſis eſt defatigata, vel litigatoribus componendis operam dedi, remotiore cauea hos luſus ſpectans, quàm tunc cum illa ſtudia tractando ſuperiore ætate ſcriberem vel dicerem, voluptati eſt eorum recordatione; tanquam ſymphonia aut cithara demulcere mentem, exemplo grauium in Rep. Romana virorum. Et ſimul has merces ita vobis propono, vt inde incipiatis alias exſpectare, ſi hiſce quotidianis occupationibus liberatus, mecum viuere

con-

concedetur, tranquilliúsque æuum
ducere, & huius generis, aliáque al-
tioris energiæ studia, apud vos in ru-
stico otio, laribúsque paternis, pro-
cul ab vrbano strepitu tractare fami-
liarius, posteaquam nunc focis aui-
tis, dijsque penatibus, vnde bellorũ
iniuria exturbati fuistis, restituti e-
stis. Huc & ego admissus vobiscum,
& his qui partium nostrarum erunt,
tranquillius æuum ducentibus pacis
ac humanitatis studijs animũ oble-
ctabimus, terrestri cœna, cibísque
inemptis contenti, vt priscorũ mos
fuit. Huc licebit ad symbolum affer-
re vnicuique (omissis vulgi studijs,
in quibus prauæ opiniones, ac leui-
tatis iudicia plerumq; dominantur)
quod quisque vel ex arte, vel vsu, vel
doctrina, vel lectione cognouerit, in
communem sermonem esse dedu-
cendum, ex quo in ipsa solitudine
summa erit animorũ coniunctio &

natu-

naturæ communitas vt ex ipsis colloquijs astantes liberi, prudẽtiæ pręcepta, exempláque haurire possint, & præoccupare rudes mentis tabulas virtutum pigmentis. Ex hac autẽ secessione sequetur fructus multorum malorum obliuio, vel certè mitigatio, quorum aspectus in ciuitate est grauior, ob hominum nouorum auaritiam, sublatis ciuium pręrogatiuis, vbi vitia tegit frequenter religionis ac pietatis vmbra, quo nihil pestilentius excogitari potest. Et qui talem fucũ faciunt, labijs Christum, corde Crassum adorantes, fortunæ cothurnis sublati, philopluti ad Plutonem grauiore casu ex cœlo exturbabuntur, à Christo pauperum & insontium assertore & vindice. Et nos hanc philologiam exercentes in vestris prædijs, Pompeianum fingemus aut Tusculanum, demum compendiore via veniemus Betaniã

aut

aut Emaus, vt ſaltem vergente ad veſperam vita, à vitiorum morte ſuſcitati, cum Chriſto cœnare poſſimus, & adoptionis iure, cœleſtis regni hæreditatem cernere. Quod vt nobis vobiſque contingat, Deum Opt. Max. rogo.



Ad

AD IVSTVM IVDOCVM DECVLEONEM

Philosophum, Oratorem, Poëtam. Ioan. Stullius Medicus.


QVid laude prius in te vebam, quid admirer
Iudoce? verborúmne copiam suauem;
Seu dicis Orator, Poëta seu cantas?
An veritatem rebus in suis nudam;
Historicus vbi, vel vbi grauis Sophus prodis?
Qualem boni loquuntur esse te; mitem,
Aequi tenacem, pristinamq́; constanter
Fidem professum semper; vtque summatim
Dicam, bonum: talem loquuntur & clamant
Tua scripta. qualem plurimus cliens sentit;
Gnauum, sagacem, Iuris affatim doctum,
Paucis, prudentem: partus ingenÿ talem
Ostendit. & qualem videmus & scimus
Commilitones nos tui (tuo læti
Consortio, seu nos liquore demulcet
Bacchus suo; seu nos Apollo cum Musis
Et Pallade, sono benè cadente delectant)
Hilarem, iucundum, candidum, rotundumque,
Condire sermones lepôre selecto
Mirisque callente facetÿs, miris
Argutÿs, coloribusque; quem dicas
Licet, hominum dulcedinem, voluptatem:
Talem tua monumenta se palàm monstrant.

Vt

Vt ergò te præsente nos restauramur
Fimusq́ue meliores, peritioresq́ue;
Tristesq́ue languidiq́ue reficimur; coràm
Fit gaudium, recreatio, iocus, risus;
Procul dolor, gemitusq́ue, tædium, cura;
Et in bonum redire sanguinem sensim
Molitur amens bilis & iners phlegma:
Ita quoque tua qui scripta legerit tantum,
Hanc euidenter cernere metamorphosin
In se valebit, & volet iterùm posthac,
Poteritq́ue quum volet tua relegens tantùm.
Sed quid ego vanè iacto? sicut est omnis
Incerta vita; sic caduca sunt cuncta,
Ioci, lepôres, gratiæ, venustates;
Mors vna quæ tandem rapit modis multis.
Vt iam tua legens sit beatior; quippe
Tenens manu quod tollere nequeat fatum.
Proinde summas tibi tenemur vtrique
Referre grates, Iuste, quod voluptate
Nòn modò caducâ nos beaueris, verùm
Et sempiternâ; cui nocere nec Momus,
Nec Zoilus, nec Parca poterit infesta.

Qui quærit, inuenit.

IVSTO



IVSTO DECVLEONI

I. C. Orationes, Epiſtolas & Carmina ſua publicanti.

CVR poſtliminiò, propè quondam quod puer ætas,
Primigeno dixit, ſcripſit, luſitue calore
Impete & ingenij, iam declinantibus annis
Selectum relegis, maturæ mentis amuſſim,
Et perpendiculum chartis iuuenilibus addens
Informem fœtum, molemque, chaosq; papyri
Formas, & vitæ per prælum ſufficis auram,
Ingenij vt ſoboles, geniiq; ſuperſtes & hæres
Vera tui maneat terris, quam cælibis æui
Vir, vice gnatorum poſt fata relinquere poſſis,
Eſt præli pretium tantum poſt interuallum
Incoctum curis, atque inceſſante cerebri
Verſum iucundè librum dare, ſparſum flore & adore,
Ingenij geniique tui tinctumque lepôre.
Ergo age luce bea hunc fœtum, fac liber in auras
Atque manu-miſſus* veniat, non præcocis ortus
Intempeſtiuæ aut geneſis damnabitur, æui
Nam tecum, ver, æſtatem autumnumque peregit.

Cum-

Cumque bonus prorsâ & vorsâ sit, iure corollam
Inde tibi duplicem plectas, tria membra quod vnus
Contineat, sit Iuste tuo tua triga triumpho.
Fœlix ipse æui, quod in æuum traduce vitá.
Viues, Augustæ tria per miracula pennæ.

I. B. pangebat, septimo eidus Octobris Anni Christiani
clↄ.Iↄc.XII.



IVDO-

IVDOCO DECVLEONI felicissimum ingenij sui fœtum emittenti gratulatur G. Snell. Cortracensis poëseos amator.

PRogenitam Iouis ex cerebro prægnante Mineruam,
Rite poëtarum scripta vetusta canunt.
Aemulus en cerebro Deculeo noster, opimi
Fæcundo ingenij pignora pulchra parit.
Quàm multi thalamo infelici pignora patres
Tristitiæ causam progenuere suæ,
Felix qui talem gignis sine coniuge prolem!
Quæ beat æterno nomine grata patrem.
Quam cum fratre nouem venerantur amántque
Nectentes capiti serta decora sacro. (Sorores,
Aequali hinc genitam nixu sibi casta Minerua
Gaudet, & alternas iungit amica manus.
Ducit & ad bifidi fastigia celsa merentem
Montis, vbi sedes fama perennis habet.
Hæc ait, En geminas cape me tribuente coronas,
Immortale quibus nomen, honósque vigent.
Sit prior ornatus Patris, excolat altera prolem,
Donec terra, polus, sidera, pontus, erunt.
Viuite, nec tacitis obliuio tecta tenebris,
Nec damnum morsu liuor edace ferat.

Cortraci pridie Calendarum Octob. 1612.

Clynck.

CLINCK-DICHT,

'er eeren van M. Ioos de Cuyle,
Licentiaet inde Rechten.

Aett Steden drye end vier, in Griecken
land noch strijden
O gheest-rijcke Cortrijck) vvie van hun
heeft ghebaerdt
un strijdts beschrijuer (blind) voor Troyen
vvijd vermaerdt
an vvien zy gheen ghelijck, en souden vvil-
len lijden. (blijden
Laett vry den Mantuan, vã Maro hem ver-
nd dat strijdbarigh Room' van Naso clouck
van aerdt
'en Tuscan van Petrarcq , die Gallen onver-
vaerdt
'an Ronsart, du Bertas, end' ander nu in tijdẽ
Ydel is hunnen roem, end' v gheensins ge-
lijck
'Vant ghy hebt voorts ghebracht (o gheest-
barigh Cortrijck
en Apollo ghelijck, (onder vvien dat ick
schuile)
Poet' end' Orateur, daer toe Licentiaet
s hy, die uvven naẽ, bryngt tot den hoogh-
ster graet
'raeght ghy my vvie datt is? t'is Meester
Ioos de Cuile.

T'werck gheeft gheтughe
I. de la Rue


DE CL. V.
IVSTO IVDOCO
DECVLEONE I. C.

Cùm vitæ actæ diarium meditaretur.

IVris & æquarum cultor Deculeo legum
Dum spatium vitæ respicit omne suæ,
(Siue lares coluit patrios, siue extera regna,
Lætus agens æui tempora verna sui,
Parisios, Dolámque, & Apollineas Vercellas,
Quæq; loca obiectu, Iura, tuêre tuo)
Quot sibi lanificæ scribebant pensa Sorores,
Otî stare sui tot monumenta videt.
,, Nulla recordanti lux est ingrata grauisque,
,, Nulla subit cuius non meminisse velit.
,, Ampliat ætatis spatium sibi vir bonus: hoc est,
,, Viuere bis, vita posse priore frui.

I. A.

IVSTI IODOCI DECVLEONIS CORTRACENSIS ORATIONES, EPISTOLÆ ET CARMINA.



ORATIO HABITA DOLAE In magno auditorio Iuris Ciuilis, ingressuro lectionem Philosophiæ.



Si nulla clarissimorum hominum auctoritate (quibus rogantibus mos gerendus fuit) mea sponte, velut huius ætatis vento aliquo, impetu quodam ac morbo potiùs animi, quàm iudicio aut con-

ſilio, in hunc locum (in quo exſtant ſummorum virorum & magna auditorum frequentia celebratorum veſtigia, quæ omnem mediocris ingenij ſpem infringunt, induſtriámque timore debilitant) ineptè & tanquã deſultorius in quadrigarum curriculum inſiluiſſem, (Auditores:) non ſine cauſa multorum in hoc concurſu litteratorum hominum animos hæc inuerecunda ambitio atque inconſulta offenderet contentio, magnam gratiæ ac beneficij veſtri, ſi quid rectè ac ornatè dictum foret, iacturam facerem. Si verò & ſplendoris nihil, vt quæ verè non elaborata, nec ab vbere expreſſa eſt, mea haberet oratio; odium pro beneuolentia, pro ſtudio occultam inuidiam colligerem, & pro venia, in iuſtiſſimam inciderem reprehenſionem. Sed nunc neque adoleſcentiæ ſpiritus iniuſto impetu aliquid tentârunt, quod ra-
tionis

tionis ſtatera nõ examinauerit prius: honeſtæ cupiditatem laudis ita rexit modeſtia, vt exiſtimationem & ſtudiorum fructum, qui adhuc in herba eſt, vno momento temerè ad hanc aleam nunquam adduxiſſet, niſi veſtris adiuta monitionibus, huius ſuggeſti auctoritatem contingere ſuaſiſſet. Quapropter hoc veſtræ humanitati tribuite, hoc meis precibus concedite, vt in hoc munere, quod vobis hortantibus ſuſcepi, mihi detis veniam, ſi neque dicendi facultas neque orationis vbertas, quæ ab ingenio minimè fœcundo elicitur, voluntati veſtræ atque exſpectationi par ſit. Plurium enim bonarum artium perfectam ſcientiam poſtulat hoc profeſſionis munus, quibus qui omnibus eſt inſtructiſsimus & ad vnguem ita eſt efformatus, vt omniũ veſtrûm ſententijs, Oratoris ſummi, Poëtæ boni, acuti Philoſophi, exacti-

ctíqueRhetoris nomen mereatur, in illo homine diuinitatem quandam ingenij ſuſpiciam. Quapropter ſi ad hoc orandi genus, ad quod neque natura me ſatis finxit, neque erudiuit vſus, me detruſit voluntatis veſtræ neceſſitas, omnis adhibenda eſt cura & meditatio, vt, ſi non omninò decorè, at quàm minimè indecorè hoc faciam. Neque interim, dum ad id me paro, quiſquam dicat ſtudij veſtri beneuolentiǽque comparatũ eſſe patrocinium; quòd per medias Academiæ Dolanæ laudes hæc dictio diſcurret, cuius quidem fundamenta vbi ponam facilè reperio, & cui primas ſim daturus video; ſed quo actu finem faciã, non æquè proſpicio. Siquidem (vt hinc dicere exordiar) ſapientiſsimum cogitandum eſt eum fuiſſe Principem, & huic regioni diuinitus datum, qui primus ad facinus hoc præclariſſimum animũ

ad-

adijciens, de humana in vniuersum ſoçietate benè merendo cogitans, ad immortalitatem ſibi ſtrauit viam & rectum iter tenuit ad ſempiternæ lucis decus capeſſendum, ad quod Deus poſthanc vitam, ſublatis huius mundani theatri aulæis, omnes, qui patriam auxerunt, vocat. Si antiqua illa ætas eos homines admirata eſt, qui mortales paſſim ab agreſti illa vita ex ſyluis & agris, ad humanius viuendi inſtitutum adduxerunt, & ciuilium legum iugo ſubmiſerunt, eo quòd cæteris ſapiẽtiæ opinione preſtarent: ſi poſtquam illi in viuis eſſe deſierunt, ardentiſſimum deſideriũ Deorum cultũ & diuinis honoribus teſtati ſunt, quantò magis huius facti debet increbeſcere memoria, qui ex omnibus terris ac ciuitatibus accitis in maximarum ſcientiarum ſtudijs præſtantibus viris, tot artibus repleuit ac diſciplinis optimis Bur-

gundiam, vt ex his parietibus nõ mutis, Dolana Academia pullos excludat, qui ad exteras nationes magno ſtudiorum fœnore remeantes, Reſpub. aut nouas fundant, aut inchoatas præclariſſimis ornamentis augent, aut labantes, in ipſo occaſu, ſuis conſilijs ſuſtentant. Et quidem in eodem gradu apud poſteros locãdi ſunt, qui deſignatæ areæ ac iactis fundamentis, magnis impenſis, maiore nominis fama, ſuperſtruxerunt, & veſtigijs laudatiſſimis inſiſtendo, quod morte præuentus primus auctor, efficere nequiuit, ſi ęquis auſpicijs in ſecundis ac tertijs hærentes, suppleuerunt. Pari etenim paſſu ambulant, qui in idem opus operam, labores ac pecuniam conferunt: Hi principio manum admouendo, illi tamquam faſtigium imponendo. Quodnam eſt genus ſtudij nobilis, quod ſcientia aſſequi, vel humana mens

mens optare poſſit, aut cognitio tractare, quod non ad exemplum Romæ, Louanij, Pariſiorum tractatur Dolæ? ſiue ad res magnas illud pertinet, aut forenſia negotia, ſiue animum hiſce curarum æſtibus ac moleſtijs defatigatum à foro, ſubſellijs, curiáque ipſa diſtrahere velis, & velut in portu, moderato otio ac quiete vti. Nihil ego mediusfidius hiſce i Patribus Conſcriptis illuſtrius, hoc purpurato ſenatu nihil vidi alibi auguſtius: quæ maieſtas in iudicij conſeſſu! quæ grauitas in ſententia! quãta prudentia in conſilio! quanta in iure dicendo experientia! Nimis longè progrederer, ſi quot commoda in plebem, quanta iuris ſcientia in Academię alumnos hinc promanet, explicare incepero. Neque hoc meum nũc eſt propoſitum, ſingulorum laudes, qui in hoc conſilio Burgundiæ ſententiam moderantur aut hu-

manitatis artes præclarissimas profitentur, dictione persequi: alio enim die mihi in hac causa laborandum esse diligentissimè constitui: tametsi non video quid viris grauissimis, aut hisce qui Doctoratus insignibus decorati, triumphabundi hoc omnium scientiarum Capitolium ascenderunt, meæ vocis eloquium possit adijcere. Sed fortè neque præsentem vestram exspectationem frustrasse videbor, si in prędicandis hisce duobus vestræ vrbis ornamentis, paulò longiùs euagabor. Primùm, quis nõ videat omnes artes, quas vbique magnifacere solent homines, omnésq; ciuiles disciplinas in hanc ciuitatem commigrasse, cunctósque ex cunctis populis, qui bonarum rerum studio accenduntur, huc tamquam ad mercatum celeberrimum confluere, & tamquam sua sponte patrię exilio sese damnantes, & auulsos à parentum cha-

chariſſimorum amplexu, ac iucundiſſimo propinquorum vſu, ſeſe hîc in diſciplinam erudiendos tradidere: ad quod, præter latiſſimè effuſam in omnes mundi partes doctorum famam, in primis inuitat ſumma ſecuritas ac tutela vrbis, & quòd pace longiſſima à bellis quieſcat vniuerſa regio inuictiſſimi Hiſpaniarum Regis Principis noſtri clemẽtiſſimi defenſa potentia. Et quidem I[illegible]ſprudentię florentiſſimum e[illegible]orium ſuſpicite. Nuſquam alibi leges tractãtur maiore vtilitate, ſanè ipſa Iuris nutrimenta, ad captum eorum qui nondum longiùs in hoc ſtudio ſunt progreſſi ad commune iudicium & incipientium intelligentiam. At ſi ſtudij perpetuitate ac laudabili pertinacia, perſeuerantiáque longiore, illa omnia, quæ diſpersè in multis libris, latéque continentur vel more & longa conſuetudine adoleuerũt,

buntur (Auditores?) aut quæ gratia excuſabit? Sola veſtra charitas atque amor inuidiæ eximet, & illud ſtudium, quo me iuuiſtis, odio ſubducet & maleuolentiæ. Et ſic apud me inibo rationem, nihil ſatis commodè fieri poſſe omnibus; ſatis eſſe ſi maiori parti prodeſt. Nequaquam inſtitutum alioquin egregium, deſerendum eſt, quia paucorum animo morem gerere non poſſumus vel voluntati ſatis facere. At rurſus illud perterret, quòd in longo & multo ſermone, qui in populum effunditur, illa quæ vitio ſubiacent, aut in errore verſantur, citiùs animaduertuntur, quàm ea quæ ornatè & præclarè dicta ſunt, laudatorem inueniant. Sed neque ſi Iſocratis in dicendo elaborata facultas, neque Theophraſti ſuauitas inimitabilis, aut Demoſthenis acerrimum ingeniũ, vel Ciceronis accurata facundia, ſubſequen-


quentis ætatis viros incursu tardauit, ita neq; mihi, quamuis illa præstantis ingenij vis deficit, ab hac professione, regalibus cohonestata stipendijs, abstinēdum arbitror: quòd esset, aut angusto animo laborem fugiendo, aut anxiè dedecus extimescendo, virtutem abijcere, quæ in sublimi suam sedem collocauit. Quin magis erigere me debet, acrioresque admouere stimulos, ampli honoris exspectatio, & vestigia illa in quibus tot summi viri institerūt, intuendo, ad eandem laudis metam propellere. Quippe in hac publica functione, si amicorum meorum vota expleuero, quænam potest esse actio futuræ gloriæ commendatior, & ad decus accommodatior quàm cū viris, omnibus disciplinis instructissimis & Doctoribus famosissimis huic loco, tamquam equo Troiano, perpetua ad posteros demanante fama

ma includi? Iurisprudentiam si quis tenuiter profitetur, quia tamen Resp. eius ministerio optimè fundatas & florentes habemus, & aditus ad honores aperit, impenséque quæstuosa, facilè laudantia repperit ora, animósque earum spe, quarum cupidinibus plerique mortalium capiuntur, inflectit. Medendi quoque ars, tametsi laboriosa, qualis læna est? popularem facit, & nobilitati gratam sui necessitas: ad hæc in curandis corporibus, quàm in eradicãdis animi inueteratis morbis, homines plus pretij & operæ ponunt, eósque magno emunt, qui offensam ac læsam valetudinem in integrum sese restituturos profitentur. At Philosophia omnium scientiarum origo & fons vberrimus, mater & procreatrix omnium laudatarum artiũ, illa in primis pars quã suscepimus, & culturam animi continet, quantis buc-

buccis indiget, antequam emollitis auribus, facta fide, in animo humano locum inueniat? Quin omnibus penè inuisa, vulgares præcipuè fugit, in purgatissimis quibusque mentibus eligit domicilium. Mihi tamen est tentandum in tanta paucitate amicorum, vt aliquod seminarium huius præclarissimæ virtutis inueniam, & aliquot morales surculos inseram. Vos itaque (Auditores) qui tantùm oneris hisce humeris impositum intelligitis, quantùm non tacita vestra opinione, at manifestis iudicijs attribuistis, futuram assiduitatem, in bonam partem capturos spero, eúmque hominem qui suam fidem, laborem, industriam & seipsum totum vestris sese offert obsequijs, conseruaturos confido, vestra humanitate leuabitis, & in vestram fidem recipietis, vt omnes scire, possint plus homi-

num doctissimorum in me valuisse existimationem, quàm ego de me ipso ausus fuissem concipere. Et ita me de hoc loco discedere existimo, vt ea, quę pro consuetudine & more qui ad hoc designati sunt, egi, parta beneuolentia, vestris mentibus inhæreant.

DIXI.




ORA-

ORATIO

Habita Dolæ in magno Auditorio Iuris, ante explicationem librorum Aristotelis de Anima.

SI quis vestrûm (Auditores) exspectat, quas ex vniuersa Philosophia mihi ad explicandum sim sumpturus partes, consideret ipse secum, quænam in toto hoc sapientiæ studio sit humano animo & ad ponendum quæstio fructuosior, & ad cognoscendum scientia præstantior. In quo, si nihil inueniet, cui vel ego digniùs ingenij mei & industriæ tribuam operas, & vos ipsi maiore studio & delectatione sitis audituri, non hærebit iudicare, quid me sentire conueniat. Nam tametsi nulla Philosophiæ pars sit sterilis

rilis, hic tamen omnium fons est vberrimus, ex quo notitiam eius partis humanitatis nostræ delibamus, per quam sapimus, intelligimus, iudicamus, ratiocinamur, ac Dei immensam cognitionem nostræ rationis gyro comprehendimus. Itaque non (si ego huius sententiæ mihi auctor forem) vos me hac in re meę commoditati gessisse morem putare debetis: sed omni qua decet fide ad hanc tractationem accessisse, vt à corporis indagatione & cogitatione, ad cognoscendas alterius nostræ naturæ causas, à primo tempore fluentes, ad æternitatem imitandam animum vestrum ac studium accẽderem. Siquidem, quæ de animo suscipitur institutio, ad veritatem omnem percipiendam plurimùm momenti adfert (vt inquit Philosophus) qua nihil est, quod sub intellectum nostrum cadit, quod æquè ma-



magnos amores excitat, neque alia virtus est tantùm sui læna & conciliatrix. Alijs enim animantibus à natura cursus, alijs corporis immanitas est data: homini verò mentis sagacitas ac indagatio innata, vt, quibus initijs ac tamquam seminibus hoc vniuersum, tum res singulæ ortum, causásque principales sunt sortitæ, cognoscat: ad extremum, quæ nostræ mentis cum Deo sit cognatio. Vos autem si fortè aliò trahat cupiditas, hanc veniam date mihi, quòd;ad syderum, quæ cœlo ad mortalium stuporem inhærent, conuersionem ac spaciorum ipsorũ dimensionem distantiámque, quo aspectus ex se inuitat; vos non dimittam. Nolo enim vos extra vosmetipsos egredi, vt quibus sit terra subnixa ponderibus, aut qua voragine maria hæc eadem continet, ignîsq; sit libratus in altissimo loco:
sed

ſed ad Delphicum oraculum remittam, quo quiſque mentem ſuam animúmque iubetur cognoſcere. Cuius ego primùm vobis dignitatem ac excellentiam ſummam, tum vtilitatem proponam: vt quid in ſe habeat delectationis hæc doctrina, vos priùs ſentiatis, quàm ego dicere incipiam. Neque perterrere vos debet, quòd perobſcura de animo ſit quæſtio, neque ſatis explicata ſit eius definitio, & quòd tam varia ab antiquis Philoſophis, de hac doctrina litteris mandata ſint, vt moleſtum ſit inter ſe diſſidentes annumerare ſententias. Quin potiùs propinquis ſpacijs eorum ſtudiũ ſequi, & eandem vos induere cõuenit perſonam, vt cũ illos ipſos vltrò omnes voluptates corporis circumcidiſſe, & vitæ commoditates habuiſſe pro derelicto cernatis & res chariſſimas abdicaſſe, cibi potuſq; legẽ ſibiipſis di-

dixiſſe, vt perpetuis habitantes & pernoctantes curis cognoſcendi quid in homine ſit omnium optimum; vos omnem moueatis lapidem, ne ab ijs, aſſiduitate & curſus celeritate, in hoc ſtudio vincamini quibus Euangelij lux tam auſpicatò illuxit, & fidei Chriſtianæ opitulatur charitas. Et quidem quid (poſt Deum) animo ſagaci & mente bona, hoc orbis terrarum domicilium habet maius ac præſtantius? Nam cùm magnam varietatem ac copiam ſcientiæ complectatur hominis natura, hæc vna eſt pars, qua diuinas res æternáſque contemplamur, tum reliqua noſtri portio, quæ ex terra orta eſt, ab eadem alitur & ſuſtinetur, quam & augendo tuetur, etiam motum & ſenſum, qualem in beſtiis videmus, præbet: ex quibus ad res ſalutares appetitus, & noxias fuga ac deceſſus procedunt. Cæterùm his omni-

omnibus ſupereminet ratio, ad eos motus continendos & laxandos: hæc recta & conſtans à Deo creatur ſed corporis concretione ac caligine, tenebroſis erroribus aſpergitur, & opinionum prauitate imbuta à natura quidem deſciſit aliquantulum. Eſt inquam hic animus noſtrarum actionum omnium & dux & magiſter, & totius corporis clauum tenet, qui ſi cadit non tam voluntati, quàm ſuo hoſpiti plus æquo obſequens, curſus errore fallitur. Quidnam eſt quod nos mundi principes ac gubernatores efficit? an pedum velocitas, qua tum à feris, tum à manſuetis animãtibus ſuperamur, ſicut in cæteris functionibus vitæ vincimur? an oculorum acumen? an lacertotum robur? nihil minùs; Quin & ipſa corporis forma nihil eſt egentius, nihil magis omnibus iniurijs expoſitum, tametſi eum omnium

nium animantiũ ſimus adepti pulcherrimam. Verùm animus eſt humanus, quo præterita recordamur, præſentia intelligimus & futura multò antè præuidemus. Eius conſilijs recti honeſtique apprehenſione, omnia ciuilis vitæ officia continẽtur, ſocietas coaleſcit, & amicitia retinetur. Ille oculis lumen, pedibus ingreſſum, brachijs fortitudinem, linguæ ſermonem, per omnes ſeſe effundens partes, præbet. Quæ denique eſt fera, quæ bellua tam immanis in ſyluis, quæ volucris in aëre, in mari piſcis, qui, vbi ad ſuas artes atque energiam ſeſe conuertit animus, in hominis poteſtatem non veniat? Sed abeamus pauliſper, & ruptis huius carceris vinculis, in lucem animum ad ſeipſum reuocemus & ſecum eſſe cogamus. Etenim quàm præclarè omnes antiqui Philoſophi hæc naturalia inueſtigantes, de animo

mo

mo ſenſerint, eorum decreta manifeſtè demonſtrant, inter quos nullus eſt qui terram animi parentem, tanquam ignobile genus indignũmque dixerit. At ea quidem diſputatio ſuum eſt habitura locum, omniáque à nobis excutientur, quando ad eius immortalitatem demonſtrandam proceſſerimus. Nam neq; cum Empedocle expedit animam immergere ſanguini, eámque cruentam appellare aut ſanguineam cum Virgilio, neque ſubtilem illam quidem, ſed intricatam de numeris opinionem amplectimur libenter: multò minùs Dicæarcho aſſentior, animũ conſtituenti ex ſymphonia ac concentu, cùm ipſe ſit vegetus ac motuum effector operatorque: nerui autem in teſtitudine non niſi aliunde incitati ſonum edant. Democriti autem ſententia, & cum eo ridẽtis belli homunculi Epicuri eijcienda



da & explodenda est, affirmantis ex fortuito atomorum concursu, vt omnia, sic animum oriri. Igneum eũ esse fortasse placeret, nisi sacrarum litterarum oracula iuxta Platonis & Aristotelis opinionem, diuinam eius naturam originémque aperirent: est enim animus ipso sole, alijsque sempiternis ignibus quiddam clarius & illustrius. Et hoc sanè vnusquisque vsu sentit, cùm ad solis radios oculorum acies hebescit: in ipsum autem cælum ad Dei vsque Maiestatem considerandã, mente feramur, quæ & eius visu delectatur ac pascitur, vt corpus cibo. Est ergo animus non ex primorum seminum congressu, vt brutorum spiritus ex temperie elementorum natus & auctus vna cum membris, sed corpori formatus, inspiratus, & Dei omnipotentis ore, singulari opere immissus & priuilegio datus. Omnem Philosophiæ cursum

ſum ab ipſo carcere vſque ad metam percurramus, videbimus ſubſtitiſſe ſapientes in hoc ortu, non ſecus atque cùm ad ſupremam illam intelligentiam, quæ Deus ipſe eſt, quærẽdo & diſputando peruentum erat: quo nihil melius, nihil maius, neque cogitari neque ſperari poteſt. Et illa vis eſt intellectus noſtri ac dignitas, cùm nihil reperiat in terris ſui ſimile, vel hominis ingenio excellentius, vt ad maximum illud ac ſummum bonum feratur, cogitatione, & principatum quemdam aſſimulatum & effictum ſanè in terris nãciſci deſideret: adeò mens generoſa quietis ac humilitatis eſt aſpernatrix, vt quantùm per illud terreſtre domicilium (quod vt teſtam cochlea circumfert) ipſi eſt permiſſum Deo ſuo auctori ſimillima fieri geſtiat. Etenim illa eſt noſtri pars, quæ ad Dei imaginem eſt formata & ef-

fecta immortalitatis capax ac æternitatis æmula, non ex telluris semine producta, non sanguini innatans aut quatuor elementorum curru circumlata, sed ineffabiliter per omnes venas diffusa manans: Non ex vnionis frequentia coactus numerus sed tanquam corporis propria virtus multarum concitationum ac munerum præclarorũ causa efficiens & princeps: non harmonia deses ac iners, quæ non nisi ad plectri vel digiti humani ictum excitatur, aut follibus inspirata per interualla sonat, sed corporis priuata motrix ac rectrix: non fortuitorum & temerario indiuiduorum corporum concursu coalescens, sed sempiterni Dei consilio & beneficio ad humani fastigij augmentum & nostræ conditionis dignitatem: Denique ad auctoris Dei admirationem & cultum data anima. Longum esset (Auditores)

tores) omnia dicere: vos ipsi diiudicate, quantùm in inferioris generis rebus, vt his quæ tellure oriuntur ac pullulant, & in animalibus ipsis, illa vis de qua sermonem facimus, potestatis sit sortita, cuius officium est in tot herbis frigore adustum & enecatum pene excitare caulem, illúmque fronde vestire ac floribus decorare, & incluso semine continuare familiæ seriem: adeò etiam talium rerum anima per omnia terræ nascentia serpit ac diffunditur. Quicquid in viuentibus rebus est venustatis ac pulchritudinis, & siqua laudē ac honorem meretur dignitas in homine, illam animę beneficio possidemus, cuius ratio nobis cum Deo communis est, æternáque habetur. Denique huius studij fructus ac vtilitatis magnitudo in corporis facultatibus cernitur & tot magnarum virtutum ac doctrinarum vis exclarescit.

rescit. Quorum tamen hoc emolumentum maximum, & cæteris omnibus rebus præstat, Dei & sui ipsius cognitio, hominum causa hunc mundum & Dei & hominis cõmune domicilium esse fabricatum, & tanta rerum varierate nostro generi ab opifice summo esse prouisum, edulijs ad cibum, ad potionem vino, aëre ad spiritum concesso, & demũ suo nomine nos dignando, vultu diuinitatis animo nostro impresso, relicta spe eiusdem diuinitatis ac æternitatis adipiscendæ. Scilicet ad quid prodesset admirabilis illa membrorum fabrica ac neruorum compaginatio & figura corporis excellens, nisi spiritu pulmoni ab anima immisso, vitam largiretur? Neque hoc quidem est magnificum adeò, nisi ad viuendi harmoniam tam solertẽ & accuratam, ratio accessisset, memoria & intellectus, quibus homo

recordatur ſe ad rerum cæleſtium ſpectationem & hæreditatem creatum eſſe, eámque eſſe ſuo generi tamquam hæredi ſuo & neceſſario deferendam: niſi ingratitudine degenerando ſeſe indignum pręſtet, qua paternis bonis excluſus, perpetuis ignibus ſit mancipandus. Quin ſuperiores de Auſcultatione Phyſica libri, ita ab Ariſtotele conſctipti ſunt, vt huic ſcientiæ famulentur, & tanquam adminiculatorij accedãt, continẽtes in genere totius naturæ initia ac cauſas primas. Hiſce progymnaſmatis, ac veluti præparatorijs libris præmiſſis, ad animæ explicationem Philoſophus procedit. Anima, inquit, eſt illa forma, quæ rudem & indigeſtam vagãque materiam in ſtatu ſuo ſtare facit & collocat: eſt eadem motionis agitatrix, ac quietis procreatrix, in ijs rebus, in quibus perfecta ineſt, non temu-

lento modo, casu vel aliena auctoritate, sed propria virtute dominatur, non tanquam causa extranea & accedens, sed sine qua res perfecta absolutáque esse nequit. Ad huius etiam intelligentiam pertinet, quod ab eodem de generatione & interitu rerum in scriptis est relictum. Siquidem sine anima, num stirpes de terra prosiliunt? num virgulta germinant? arbores frondescunt ac florent, suasque protrudunt gemnas vites? Sed nullo fine hæc terminabitur quæstio, si ad eam profligãdam hoc modo vlteriùs progrediar. Relinquamus plantas & omnes, quas benignissima terra producit, herbas & legumina, hoc vniuersum, quod vulgus magnifacit, lacertorum firmitas, pedum celeritas, nitidum caput ceruice concinnè coniunctum, totúmque corpus illustrans oculorum lumen, cęteraque humani corporis

poris elaborata figura, quidquid habet in se admiratione dignum, quod per sensus exteriores, tanquam per internuncios peragitur, hoc animę munus est & beneficium. Linguæ plectrum sine hac silet & eloquẽtia obdormit, visus in oculis deficit, arteriarum pulsus, agitationésque cessant, & fugit vita: acceptum pulmones aërem non reddunt, neque respirant: stomachus nihil concoquit, aut in reliquum corpus diuidit. Denique eius viribus illa admirabilis omnium membrorum administratio absoluitur, conficitúrque. Et, quod præstabilius est, hæc eadem anima rerum simulacra & imagines foris à sensibus haustas assumptásque incredibili solertia in vnum cogit ac retinet, in quibus exactissima optione vtitur, alijs ad intelligentiæ & phantasiæ examen, mentísque iudicium adductis ad ex-

cutiendum, alijs euolare iussis aut neglectis: atque iterum quibusdam fidissimæ traditis memoriæ custodi, tanquam depositum, contenta quibusdam mediocrem adhibuisse considerationis moram. Latissimè ergo patet huius doctrinæ vsus. Nā præter eas vtilitates quas enarrauimus, sine eius notitia, inane est & nullum Medicinæ studium. Hisce enim de Anima libris, quomodo vitæ actiones sanguinis vehiculo per omnes corporis partes traducuntur, describit, membrorum totiúsque corporis naturam designat Aristoteles. Non tamen meum nunc est institutum (cui alius erit proprius locus & perpetua disputatio) de omnibus organis corporis humani, quibus facultates suas anima peragit, dicere, totúmque microcosmum partitum membratim explicare, sed simpliciter vobis ostendere horum librorum

vtili-

vtilitatem maximam Quin & initia Philoſophiæ, & quæ de moribus eſt diſputatio, hiſce finibus regitur. Eſt enim animus humanus appetitionis & voluntatis rector, virtutum ac vitiorum clauum tenens, rectorum ac honeſtorum ſtudiorum fons, omnis rationis & officij, quod ad vitam eſt, origo. Hęc autem cùm quiſque vera in ſe eſſe ſentiat efficaciùs, quàm ego dictione conſequi queam, ex inſpectione rerum naturalium voluptatem capiat, neceſſe eſt. In qua conſideratione eius partis, quæ infiniti eſt temporis, regula honeſtatis ineſt & ad multas res obeundas expedita facultas procedit, impreſſum reperitur Diuinitatis veſtigium & à mente æterna defluxa reſplendet imago. Eadem ſcientia ex hiſce fontibus dimanãs, Theologorum ſcholas repleuit & Chriſtianorum otia maximè detinet. Quapropter vobis

in hoc ſtudio currentibus & hæc ſtudia ſuſcipientibus, omnia quæ citra naturam noſtram, & quæ vltra eandem aſcendunt, cognoſcentibus multùm debet in vobis efflereſcere ſapientia ad agendam ætatis rationem, afferre commodum & ad virtutis & ſummi boni contemplationem voluptatis incrementum. Quid illum potorem cicutæ habuiſſe in animo cogitabimus, quem mulierculæ importuniſſimæ quotidianæ rixæ ab hac Philoſophia diuellere non potuerunt, qui in ipſo momento, quo ex hac vita ei migrandum fuit, palàm oſtendit quem fructum ex hac doctrina hauſerit. Vobíſne huius maximi otij tempus quod nacti eſtis & ætatis pars amęniſſima effluet, quibus non vxor obgannit domi, ſed materni amoris fouet affectus: non rei familiaris cura diſtrahit, ſed genitoris indulgentia & parentis

rentis vtriusque alit crumena, tam remissi eritis cordis ac humilis, vt quas habeat, qui in vobis viget animus, vires, intelligere negligatis. Agite, proponite vobis Pythagoram illum Samium, Empedoclem, Anaxagoram, Democritum, Platonem ipsum, tot sanctos nostræ professionis viros, qui in eremum ac solitudinem secesserunt, vt huic studio melius vberiusque vacarent. Quid illos degustasse existimabimus quã insatiabili delibutos gaudio? adeò vt illis illecebris (quibus plerique mortalium non inescantur modò, sed in scopulos impingentes nauem comparatarum virtutum allidere solẽt) illi nec semel quidem illarum blanditijs voluptatum applauderent neque mouerentur obstipi. Vos itaque hortor ac moneo, & istum, quo nihil neque diuinius homini, neque pręstantius datum est, obtestor animum

ne hanc quam parauimus diſputationem, qua quid ipſe ſit & quam habeat vim, explicabitur, veſtras aures ſine fructu prætergredi patiamini, neque diutiùs velitis in hac caligine & ignorantia verſari: ſed eum cognoſcite ſpiritum, quo vita æterna cognoſcitur, eámque viam, qua ex hoc corpore in patriam ſolidæ beatitudinis eſtis emigraturi, quo ipſe animus præſentis vitæ ærumnis defatigatus, noctéſque diéſque aſpirat, vbi cum Ieſu Chriſto æuum æternum eſtis victuri, vbi eſt ſedes Dei & Agni,

DIXI.

ORATIO

Habita Dolæ in Collegio Professorum post adoptionem lecturæ publicæ.

QVOD fuerit Triumvirum professionum hesterno die de me decretum (Professores clarissimi) satis intellexisse vos existimo, qui honestissimi de me prolati iudicij sui, ingenuarum artium Decanum nō modò testem iuratum esse voluerunt, sed sententiam consignatis membranis ad beneficij sui ac facti perpetuitatem tradiderunt, Et ita quidem confectæ sunt tabulæ, vt non sine elogio & commendatione singulari ad vos dirigantur. Quam testificationem plenam laude, mei augendi magis honoris causa adiecisse se dixerunt, quàm

quàm quòd (quæ vestra est prudentia & æquanimitas) in animum vellent inducere, aliquid vos contra morem vestrũ, & huius Academiæ statuta facturos. Illi, quod eorum fuit, iuris & potestatis sine exceptione aliqua in me contulerunt, professorem regium & voce sua & scripto declararunt. Cæterum hoc beneficium, tametsi sit maximum, nũquam tamen desiderandum putaui, si sapientissimi huius Collegij societate mihi carendum foret. Quapropter vos mihi rogandi estis, vt quod illi non oculis, non vultu & verbis tantùm & voce significarunt, sed scripto & sententijs expresserunt, se cupere & velle, vestra prona voluntas comprobet, & in me factam huius muneris impensam, non quantã cupiebant, sed quantam potuerunt, vos, huius consessus addito honore, amplificetis. Nolite committere,
Pro

Professores, vt, quem nõ impari esse doctrinæ vsu huic subeundo muneri perspicuis testimonijs declarastis, aliquis sparsus à maleuolis, vel vltrò susceptus scrupulus suspicionis, huius grauissimi Concilij aditu, & hoc loco amplissimo (qui ad idem munus delectis viris nnnquam clausus fuit) prohibeat. Sed forsitã, qui vestræ iustitiæ esse voluistis, vt in officij, honoris ac emolumentorum partem venirem, vestræ sapientiæ minimè esse putabitis hominem vsque ab Oceano Boreali huc profectum, cuius notitia ac fama non antè quàm vultus ad vos peruenit, temerè in conclaue admittere. Quamobrem animis vos huic causæ adesse rogo, vt audientiam faciatis, vt antequam percurram orationem, quæ propria est huic instituto, pauca & modicè de meipso dicere possim, quæ vobis auscultantibus non iniucunda, mihi autem

autem hoc tempore dicere eſt neceſſe: hoc tamen præfatus, vt quēadmodum neque meus mos eſt, & innatus pudor abhorret, modeſtia fugit, ita tamen hoc in genere verſabor, vt qui me nouerunt vetuſtiore amicitia & interiore, nudam veritatem explicuiſſe, in meas laudes me excurriſſe nunquam fateantur vltro. Quàm ſpacioſa mihi ad currendum in ipſo ſtatim exordio eſt aperta area! quàm copioſa & plena veritatis dictio enaſcitur de Ioannis Deculeonis patris mei, viri optimi, præſtantia! ad quem his duriſſimis temporibus, ſi quæpiam fama nunciauerit me apud vos in tantam gloriæ ſegetem mitti, quantam mediocris hæc eruditio & ætas in patria vix tranquillis rebus ſperare poſſet, lacrymæ ſeni præ gaudio decident illicò, qui quæ me terra exceperit, ignorat. Nam à ſenis latere deceſſi nun-

nunquam longiùs, nisi studiorum causa, priusquam fatalis illa calamitas, quæ vt cancer immedicabilis serpendo tãdem in patriam irrepsit, & denique vt nebula in amænos incidens palmites, florentissimam Europæ regionem Flandriam depasta est, gloriam ac decus Belgij deflorauit. Quæ belli deflagratio, accẽsa hæreseωn ac seditionum face, illud habuit tempus, cùm amplis ille perfunctus honoribus, ex vitę laboribus ac Reipublicæ molestijs in quietis ac tranquillitatis locum, sese maximè recipere debebat, & suam senectutem in meæ adolescentiæ sinum deponere. Tunc ego consilium secedendi in aliquam solitudinem procul ab eo, cepi, turbinum bellicarum ac sacrorum omnium profanationũ pertæsus: vnde factum est, vt turbulentissimæ tempestates repentè exortæ, eum hoc otij fructu fraudârint:

rint: & nobis pariter virtutis paternæ, hasce artes celebrandi ac recolendi potestatem ademerint. Nam vt illa sentina malorum sese effundere ac seminarium sceleratorum hominum ad nos transferri cœpit, ita ab eius amplexu auulsus, illam charissimam canitiem, illum vultum iucundissimũ deserui, vt si ad omne vitæ tempus amantissimi genitoris aspectu carendum foret, tanta acerbitatis violentia, quantam intercessisse me silente, vobis sit credibile. Parisijs aliquot menses commoratus, Augerij Gisleni Busbequij familiaritate & mensa vsus, eius cõmendatione in Italiam profectus sum, vbi in Illustris ac reuerendissimi Ioannis Francisci Bonomij, Vercellarum Episcopi & Nuncij Apostolici tectũ ac mensam admissus sum, donec ei à Romano Pontifice ea Legatio in Heluetiam decreta est plena pieta-

tis

tis ac religionis: cuius ſtatim ille profectionis me voluit eſſe comitē, laboris participem, & functionis teſtem, eique meam nauaui operam aſſiduè per pleroſque Heluetiorum pagos. Nunc ſi in vitio ponitis, mollis ac parum virilis animi eſſe dicitis, quòd patriæ viſendæ charitas ac parentes alloquendi deſiderium, ab illa virtutis ac ſolidæ pietatis regula me ſeparârit. Fateor ſanè, hoc cum alijs multis mihi commune eſſe. Quot etenim exſtiterunt viri magnanimi & veterum & noſtra memoria, qui cùm & opibus & honoribus magnis vti poſſent procul à ſuis; omnia tamen hæc, natalis ſoli amoris vehementia ſuperauit. Siquidem aureo vellere diues Iaſon & Colchico regno potitus, & Medeę cõiugio beatus, abſtinere incunabulis haud potuit. Quid tot præclari bellorum duces, qui in longinquam militiam abeunt,

abeunt, nónne & gloriam & partas opes ad suos transferre satagunt? Itaque vt Heluetiæ finibus excessi, superato monte Iura, Vesuntionem veni: vbi quorumdam amicorũ suasu idem genus studij sum professus: cùm neque anni tempus, neque noui de bello apud Belgas redintegrato rumores, me iter institutum peragere paterentur, sed subsistere cogerent. Hinc est in hanc ciuitatem factus gradus, hæc via ad notitiam, hic ad nouum hunc honorem decursus, ex illius ciuitatis vicinia egregio viro Antonio Garnerio notus esse cœpi, dein vobis omnibus. Habetis peregrinationis meæ rationem. Non igitur tanquam de religione Catholica peruersè sentiens aut Maiestatis reus, aut patriæ exitialis ciuis, exturbatus sum: sed spontè mea, omnium perditorum perfidia irrumpente illuuie, bonis in carcerem coniectis, reli-

religioni vi illata, furori nefariorum hominum cessi vltrò. Hæc omnia ita se habent, vt dixi, Professores, & in his omnibus nullū delictum videtis, nullámque causam habetis, cur externo quàm inquilino, aduenę quàm innato minùs credatis, vel in secretius concilium non admittatis. An verò artiū doctoratus in dubium vertitur? Profero tabellam, quam si iubet, altè recitet scriba. Hæ sunt litteræ, quas non fauor aut cōmendationis beneuelentia expressit, aut beneficij gratia præscripsit, sed testificatio absolutæ omnium bonarum artium Cyclopędiæ & honestissimorum studiorum asseueratio, & veritatis efficacia tribuit. Ciuitatis Louaniensis publicum sigillum multi vestrûm agnoscunt, sed manum subsignatoris pauci: attamen hæc satis magna sunt argumenta, non irrepsisse me in has tabulas, sed iure meo

me obtinuisse. Quid igitur est (Professores,) cùm aperte videatis me in nullo latere mendacio, non ex latebris aut tenebris, sed Vesontione, vicina ciuitate & regionis Metropoli huc profectum, non inimicis terris oriundum, sed ex fœderatis populis processisse, cur cunctamini me in hunc sacrum numerum adoptare, qui omnium Auditorum gratia, nulla vestra querela Professoris nomen est adeptus? Sed talis sanè omnium vestrûm sensus, hoc significare cogitationes vestræ videntur, huc inclinare voluntas vestra, vt non tam oratione impetratum quàm incredibili vestro erga me amori concessum esse dicatur huius loci beneficium. Hoc Triumuiri, hoc spississima Iuuentutis corona, quæ me dicentem audiuit, hoc istius ordinis consors eximius vir Antonius Garnerius rogat, vt amplissimi huius Collegij vsuram præstetis.

ſtetis. Et ego idem obteſtor & obſecro, per non obſcuram, quam nudiuſtertius aſpexi, erga me affectionem per illud ſtudium amorémque, quo haſce artes proſequimini, per hanc communem, & recenter adeptam honoris concertationem, & Profeſſoris dignitatem, vt in hoc Collegium adoptetis. Cuius facti veſtri iucundus erit exitus; vobis non grauis, mihi autem gratioſus & honorificus. Cuius beneficij, quæcumque me complectetur terra & fortuna, nunquam ſum futurus immemor.

DIXI.

ORATIO,

Habita Dolæ in solemnitate Doctoratus

MATHIAE VVOLFII.

SI quis eius oneris publici, quod mihi incumbit non ignarus, admiratione teneatur (clarissimi Iuris interpretes, Senatores amplissimi, quiq; ad huius Doctoratus festiuitatem conuenistis Auditores cęteri) quòd ab optimarum artium disputationibus repente ad hanc caussam, quæ propria Iurisconsulti esse videtur, orandum accesserim, is consilium meum ante non improbet, quàm intelligat, me hoc negotium suscepisse rogantibus viris auctoritate prępollētibus, vt Mathiam VVolfium vobis commendatum, orna-

ornatúmque reddã, cui neque ingenium, neq; exercitatio vlla sufficiet, nedum ego ex vmbraculis Academicísque parietibus in hanc clarissimam conspectus vestri lucem, rudes eloquentię voces proferendo, vestris iudicijs sententijsque agitandas, tãti viri longè latéque diffusis laudibus, cum mea dictione adiungere aliquem cumulum potero. Vereor itaque ne secretiore lingua à vobis audiam, quod à vicino Chremes apud Terentium; *Tantúmne abs re tua otij tibi est, aliena vt cures, eáque quæ nihil ad te pertinent?* Quapropter si id non voce professoria facere me creditis, facilè impetrabo, vt meo mihi iure liceat & vos in partes conficiam meas: vt fateamini non à meo officio seiunctum esse, cùm rectè viuendi præcepta à Philosophis, monumentis tradita, explicem, laudare quoque eum hominem, quo neminem ad Iuris-

autem hoc tempore dicere eſt ne-
ceſſe : hoc tamen præfatus, vt quē-
admodum neque meus mos eſt, &
innatus pudor abhorret, modeſtia
fugit, ita tamen hoc in genere ver-
ſabor, vt qui me nouerunt vetuſtiore
amicitia & interiore, nudam verita-
tem explicuiſſe, in meas laudes me
excurriſſe nunquam fateantur vltro.
Quàm ſpacioſa mihi ad currendum
in ipſo ſtatim exordio eſt aperta a-
rea! quàm copioſa & plena veritatis
dictio enaſcitur de Ioannis Decu-
leonis patris mei, viri optimi, præ-
ſtantia! ad quem his duriſſimis tem-
poribus, ſi quæpiam fama nunciaue-
rit me apud vos in tantam gloriæ ſe-
getem mitti, quantam mediocris
hæc eruditio & ætas in patria vix
tranquillis rebus ſperare poſſet, la-
crymæ ſeni præ gaudiò decident il-
licò, qui quæ me terra exceperit,
ignorat. Nam à ſenis latere deceſſi
nun-

nunquam longiùs, nisi studiorum causa, priusquam fatalis illa calamitas, quæ vt cancer immedicabilis serpendo tãdem in patriam irrepsit, & denique vt nebula in amænos incidens palmites, florentissimam Europæ regionem Flandriam depasta est, gloriam ac decus Belgij deflorauit. Quæ belli deflagratio, accẽsa hæreseωn ac seditionum face, illud habuit tempus, cùm amplis ille perfunctus honoribus, ex vitę laboribus ac Reipublicæ molestijs in quietis ac tranquillitatis locum, sese maximè recipere debebat, & suam senectutem in meæ adolescentiæ sinum deponere. Tunc ego consilium secedendi in aliquam solitudinem procul ab eo, cepi, turbinum bellicarum ac sacrorum omnium profanationũ pertæsus: vnde factum est, vt turbulentissimæ tempestates repentè exortæ, cum hoc otij fructu fraudârint:

rint: & nobis pariter virtutis paternæ, hasce artes celebrandi ac recolendi potestatem ademerint. Nam vt illa sentina malorum sese effundere ac seminarium sceleratorum hominum ad nos transferri cœpit, ita ab eius amplexu auulsus, illam charissimam canitiem, illum vultum iucundissimũ deserui, vt si ad omne vitæ tempus amantissimi genitoris aspectu carendum foret, tanta acerbitatis violentia, quantam intercessisse me silente, vobis fit credibile. Parisijs aliquot menses commoratus, Augerij Gisleni Busbequij familiaritate & mensa vsus, eius cõmendatione in Italiam profectus sum, vbi in Illustris ac reuerendissimi Ioannis Francisci Bonomij, Vercellarum Episcopi & Nuncij Apostolici tectũ ac mensam admissus sum, donec ei à Romano Pontifice ea Legatio in Heluetiam decreta est plena pietatis

tis ac religionis: cuius ſtatim ille profectionis me voluit eſſe comitē, laboris participem, & functionis teſtem, eique meam nauaui operam aſſiduè per pleroſque Heluetiorum pagos. Nunc ſi in vitio ponitis, mollis ac parum virilis animi eſſe dicitis, quòd patriæ viſendæ charitas ac parentes alloquendi deſiderium, ab illa virtutis ac ſolidæ pietatis regula me ſeparârit. Fateor ſanè, hoc cum alijs multis mihi commune eſſe. Quot etenim exſtiterunt viri magnanimi & veterum & noſtra memoria, qui cùm & opibus & honoribus magnis vti poſſent procul à ſuis; omnia tamen hæc, natalis ſoli amoris vehementia ſuperauit. Siquidem aureo vellere diues Iaſon & Colchico regno potitus, & Medeę cõiugio beatus, abſtinere incunabulis haud potuit. Quid tot præclari bellorum duces, qui in longinquam militiam abeunt,

abeunt, nónne & gloriam & partas opes ad suos transferre satagunt? Itaque vt Heluetiæ finibus excessi, superato monte Iura, Vesuntionem veni: vbi quorumdam amicorũ suasu idem genus studij sum professus: cùm neque anni tempus, neque noui de bello apud Belgas redintegrato rumores, meiter institutum peragere paterentur, sed subsistere cogerent. Hinc est in hanc ciuitatem factus gradus, hæc via ad notitiam, hic ad nouum hunc honorem decursus, ex illius ciuitatis vicinia egregio viro Antonio Garnerio notus esse cœpi, dein vobis omnibus. Habetis peregrinationis meæ rationem. Non igitur tanquam de religione Catholica peruersè sentiens aut Maiestatis reus, aut patriæ exitialis ciuis, exturbatus sum: sed spontè mea, omnium perditorum perfidia irrumpente illuuie, bonis in carcerem coniectis, reli-

religioni vi illata, furori nefariorum hominum cessi vltrò. Hæc omnia ita se habent, vt dixi, Professores, & in his omnibus nullũ delictum videtis, nullámque causam habetis, cur externo quàm inquilino, aduenę quàm innato minùs credatis, vel in secretius concilium non admittatis. An verò artiũ doctoratus in dubium vertitur? Profero tabellam, quam si lubet, altè recitet scriba. Hæ sunt litteræ, quas non fauor aut cõmendationis beneuelentia expressit, aut beneficij gratia præscripsit, sed testificatio absolutæ omnium bonarum artium Cyclopędiæ & honestissimorum studiorum asseueratio, & veritatis efficacia tribuit. Ciuitatis Louaniensis publicum sigillum multi vestrûm agnoscunt, sed manum subsignatoris pauci: attamen hæc satis magna sunt argumenta, non irrepsisse me in has tabulas, sed iure meo

me obtinuisse. Quid igitur est (Professores,) cùm aperte videatis me in nullo latere mendacio, non ex latebris aut tenebris, sed Vesontione. vicina ciuitate & regionis Metropoli huc profectum, non inimicis terris oriundum, sed ex fœderatis populis processisse, cur cunctamini me in hunc sacrum numerum adoptare, qui omnium Auditorum gratia, nulla vestra querela Professoris nomen est adeptus? Sed talis sanè omnium vestrûm sensus, hoc significare cogitationes vestræ videntur, huc inclinare voluntas vestra, vt non tam oratione impetratum quàm incredibili vestro erga me amori concessum esse dicatur huius loci beneficium. Hoc Triumuiri, hoc spissißima Iuuentutis corona, quæ me dicentem audiuit, hoc istius ordinis consors eximius vir Antonius Garnerius rogat, vt amplissimi huius Collegij vsuram præstetis.

ſtetis. Et ego idem obteſtor & obſecro, per non obſcuram, quam nudiuſtertius aſpexi, erga me affectionem per illud ſtudium amorémque, quo haſce artes proſequimini, per hanc communem, & recenter adeptam honoris concertationem, & Profeſſoris dignitatem, vt in hoc Collegium adoptetis. Cuius facti veſtri iucundus erit exitus; vobis non grauis, mihi autem gratioſus & honorificus. Cuius beneficij, quæcumque me complectetur terra & fortuna, nunquam ſum futurus immemor.

DIXI.

ornatúmque reddã, cui neque ingenium, neq; exercitatio vlla sufficiet, nedum ego ex vmbraculis Academicísque parietibus in hanc clarissimam conspectus vestri lucem, rudes eloquentię voces proferendo, vestris iudicijs sententijsque agitandas, tãti viri longè latéque diffusis laudibus, mea dictione adiungere aliquem cumulum potero. Vereor itaque ne secretiore lingua à vobis audiam, quod à vicino Chremes apud Terentium; *Tantúmne abs re tua otij tibi est, aliena vt cures, eáque quæ nihil ad te pertinent?* Quapropter si id non voce professoria facere me creditis, facilè impetrabo, vt meo mihi iure liceat & vos in partes conficiam meas: vt fateamini non à meo officio seiunctum esse, cùm rectè viuendi præcepta à Philosophis, monumentis tradita, explicem, laudare quoque eum hominem, quo neminem ad Iuris-

prudentiam ſolidiore Philoſophia & litterarum præſidio animum appuliſſe memini. Hoc vnum ergo magnopere dolet, quòd eius incredibili ingenio (ad quod exornandum excolendumque Muſas cum Gratijs numquam magis concordibus votis ſuas dotes contuliſſe apparet) extollendo, parem afferre eloquentiam nequeam: & quòd in viri doctiſſimi laude, rerum præclariſſimarum pondere oppreſſi, facundiæ riuuli, verborum penè exſiccato alueo, languidiore ſententiarum fluctu ad aures veſtras dimanabit oratio. Nam quanta poteſt eſſe huius exigui temporis oratori permiſſa ad dicēdum portio, vt tam varias virtutes, quæ, in quācumque vitæ eius partem inclinat noſtra cogitatio, agmine quodam effuſæ occurrunt, in has anguſtias conferam? Hoc igitur apud vos ſtatuere debetis, quod picturam conſiderantibus

tibus vſu venit, vt, cùm in parua tabula numeroſas bellatorum copias humana induſtria exprimere laborat, multa hominum millia ſub armorũ vmbra latere videantur: ſic rerum laudandarum molem, non verborum exilitate vos metiri decet, ſed ampliora omnia maioráque, quàm dicendo quiſpiam aſſequi queat, cogitare debetis. Multa ſilentio prætcribo: plurima in quibus ſpaciari mihi licet, vno verbo perſtringam. Idcirco audito ſolo patriæ eius nomine, eam iam concipere debetis opinionem, non vulgarem virum eius regionis genium ad nos miſiſſe. Eſt igitur Iuliacum Candidati noſtri patria, in qua reperiuntur, quæ admirari ſolemus, ſumma. In primo vocabuli limine, elucent antiquę nobilitatis inſignia, eo quòd eam vrbẽ ſuo nomine inter tot Belgij oppida Iulius Cæſar eſt dignatus, cui moder-

nus Iuliacensis Princeps nostros æuo multis virtutibus minimè cedit, pacis amore & continentia etiā longè superat. Est in ea regione, quæ ab hac vrbe Metropoli est cognominata, clemens cæli temperies, pascua irrigua, fœcunda arua, syluæ, flumina, fontes: cæterísque rebus ad vitam faciendam necessarijs affluit, vt neque abs Geldria frumentum, neque à Frisia boues, non ab Ardennæ syluis ligna, neque à Flandria pannos petere debeat, omnia eius incolis domi nascuntur, soli fertilitate ad vsum etiam finitimorum exuberante frugibus. Huic syderum occultæ beneuolentiæ parentis vtriusque accessit cura & sollicitudo, qui vt ipsi inter Iuliacenses clari erant & honesti, ita in educando instituendóque suo filio, qua parentes sedulos decet cura, versati sunt: non vt vulgus sapiendo, qui liberos gignunt, vt in ijs se oble-
ctent,

ctent, ſed illi vt familiæ ſtirpem per Dei gloriam propagent, facibuſque maioribus illuſtrent, ſe ſuóſq; progenitores, non tam oris delineamentis quàm morum optimorum & virtutum ſimilitudine exprimant. Itaque à Deo ſumentes principium, ne hæreticorum puer, prauis à teneris imbutus erroribus, à ſalutis æternæ ſcopo præuaricaretur, & ne cum hac labe omnis dignitatis & familiæ augẽdæ ſpes, vt tenera planta neglecta, intercideret; quod ipſi per ſe præſtare non poterant his præceptoribus erudiendum tradiderunt, à quibus non ſolùm litteras diſcere, ſed & veræ pietatis, fideique Orthodoxæ ſemina capere poſſet. Non ignari pueritia rectè informata & inſtituta quantum momentum habeat ad reliquum vitæ ſpatium feliciter & honorificè peragendum. Poſtquàm verò ad pubertatis annos peruenit eius

ætas (in qua plerumque peccatur ab alijs parentibus, liberiùs viuendi potestatem dando) ille à suis ad Eburones ablegatus est, vt ibi maiores litterarum progressus faceret sine hæreseωs periculo, in ea ciuitate, in qua Princeps Sacerdos vtrumq; clauum tenet Reipublicæ, qui & opibus amplissimis potens, & tuendæ religionis Catholicæ ardore accensus, eam pestem à suis finibus longè arcet, populúmque sub veteri sacrificandi ritu continet. Posteaquàm Grammaticæ, Poësi & Rhetoricæ satis operā dedit, Louanium ad Philosophos audiendum profectus est, tum vt ea quę in omni munere vitæ præstanda sunt humanitatis officia, disceret; tum vt rerum naturalium abstrusas latentésque causas, quibúsque exordijs omnia nascuntur, & quid post occasum esse desinerent, syderum ortus, interitus, raptus, stationésque ac

cæli

cæli ipsius circumuolutiones, quæ in aquis & sublimi aëre generantur, intelligeret. Quibus scientijs adiecit illam artem, quæ de his non modò disciplinis, sed etiam de omnibus alijs differendi rectè, rationem complectitur. Et in hoc triplex Philosophiæ studium, tam diu incubuit, donec fructus quem faceret non pœnitebat. Demum ei post priuata Gymnasia in puluerem venire permissum est, & publicè in communi artium liberalium schola, de his, quæ sub præceptoribus didicerat, potestas respondendi data. In qua arena ita pugnauit, vt vnus extiterit, qui omnia sophismata explicare, captiosas argumentationes soluere, & syllogismorum nexibus se extricare cum laude poterat. Illi hæc lucta litteraria auctoritatis plurimum & existimationis apud æquales peperit, & eius diuulgata est fama, ita vt non medio-

cribus propositis præmijs à potentibus viris inuitaretur ad multas res iam tum eius vtilis futura opera. Duorum Principum natis priuatim erudiendis Coloniam Vbiorum vocatus est. In quo munere ita versatus est, vt sui non fuerit immemor, quin quicquid in vtriusque Iuris voluminibus scriptum, audiendo interpretes, & indefatigabili labore, perpetuísque vigilijs, legendo hauserit. In hoc otio diu multúmque occupatus à fori strepitu & litigantium clamoribus abstinuit, donec diuerso actus numine, ea quæ erant, iam præcepta Iuris in animo, ad publicas actiones contulit, per omnes iudicij formulas exercendo se, Leodij primũ, tum Spiræ. In vtriusque huius ciuitatis luce hominúmque frequentia versatus, quantam omnes sciunt ibi esse maximam, exantlatis tot laboribus, tam longo ac difficili emenso, Iuris

pelago,

pelago, in hanc Academiam venit. vt Colophone ſtudijs impoſito, à Magnco hoc Cancellario, vobis (Profeſſores) approbantibus, DoctVræ laurea decoretur. Eius itaque nomine, Magnce Cancellarie, fidem tuam rogo obteſtorq́ue, idem vt facere velis, honeſtorum adoleſcentium cœtus poſtulat, qui nudiuſtertius eum de Iure reſpondentem audiuerunt. Hoc terræ Iuliacenſis & Cliuenſis Sereniſſimus Dux exſpectat. Hoc Louanium & Colonia deſiderant, vt alumnum ſuum ad ſe Doctorē remittas. Reuerendiſſimus Epiſcopus, idémque Sereniſſimus Princeps Eburonum poſcit: & augusta Spirēſis Curia efflagitat, Quamobrem, ſi lubet Cancellarie, ego pro te eum bono eſſe animo iubeo, vt ex tuis manibus nunc exſpectet hoc immortalitatis decus, Iuris vtriuſque inſignia. Collige, ornatiſſime VVolfi,

ORATIO.

Habita Dolæ in solemnitate Doctoratus

MATHIAE VVOLFII.

SI quis eius oneris publici, quod mihi incumbit non ignarus, admiratione teneatur (clarissimi Iuris interpretes, Senatores amplissimi, quiq; ad huius Doctoratus festiuitatem conuenistis Auditores cęteri) quòd ab optimarum artium disputationibus repente ad hanc caussam, quæ propria Iurisconsulti esse videtur, orandum accesserim, is consilium meum ante non improbet, quàm intelligat, me hoc negotium suscepisse rogantibus viris auctoritate prępollētibus, vt Mathiam VVolfium vobis commendatum, orna-

ornatúmque reddã, cui neque ingenium, neq, exercitatio vlla sufficiet, nedum ego ex vmbraculis Academicísque parietibus in hanc clarissimam conspectus vestri lucem, rudes eloquentię voces proferendo, vestris iudicijs sententijsque agitandas, tãti viri longè latéque diffusis laudibus, mea dictione adiungere aliquem cumulum potero. Vereor itaque ne secretiore lingua à vobis audiam, quod à vicino Chremes apud Terentium; *Tantúmne abs re tua otij tibi est, aliena vt cures, eáque quæ nihil ad te pertinent?* Quapropter si id non voce professoria facere me creditis, facilè impetrabo, vt meo mihi iure liceat & vos in partes conficiam meas: vt fateamini non à meo officio seiunctum esse, cùm rectè viuendi præcepta à Philosophis, monumentis tradita, explicem, laudare quoque eum hominem, quo neminem ad Iuris-

prudentiam ſolidiore Philoſophia & litterarum præſidio animum appuliſſe memini. Hoc vnum ergo magnopere dolet, quòd eius incredibili ingenio (ad quod exornandum excolendumq́ue Muſas cum Gratijs numquam magis concordibus votis ſuas dotes contuliſſe apparet) extollendo, parem afferre eloquentiam nequeam: & quòd in viri doctiſſimi laude, rerum præclariſſimarum pondere oppreſſi, facundiæ riuuli, verborum penè exſiccato alueo, languidiore ſententiarum fluctu ad aures veſtras dimanabit oratio. Nam quanta poteſt eſſe huius exigui temporis oratori permiſſa ad dicēdum portio, vt tam varias virtutes, quæ, in quācumque vitæ eius partem inclinat noſtra cogitatio, agmine quodam effuſæ occurrunt, in has anguſtias conferam? Hoc igitur apud vos ſtatuere debetis, quod picturam conſiderantibus

tibus vſu venit, vt, cùm in parua tabula numeroſas bellatorum copias humana induſtria exprimere laborat, multa hominum millia ſub armorũ vmbra latere videantur: ſic rerum laudandarum molem, non verborum exilitate vos metiri decet, ſed ampliora omnia maioráque, quàm dicendo quiſpiam aſſequi queat, cogitare debetis. Multa ſilentio prætéribo: plurima in quibus ſpaciari mihi licet, vno verbo perſtringam. Idcirco audito ſolo patriæ eius nomine, eam iam concipere debetis opinionem, non vulgarem virum eius regionis genium ad nos miſiſſe. Eſt igitur Iuliacum Candidati noſtri patria, in qua reperiuntur, quæ admirari ſolemus, ſumma. In primo vocabuli limine, elucent antiquę nobilitatis inſignia, eo quòd eam vrbẽ ſuo nomine inter tot Belgij oppida Iulius Cæſar eſt dignatus, cui moder-

nus Iuliacensis Princeps nostros æuo multis virtutibus minimè cedit, pacis amore & continentia etiã longè superat. Est in ea regione, quæ ab hac vrbe Metropoli est cognominata, clemens cæli temperies, pascua irrigua, fœcunda arua, syluæ, flumina, fontes: cæterísque rebus ad vitam faciendam necessarijs affluit, vt neque abs Geldria frumentum, neque à Frisia boues, non ab Ardennæ syluis ligna, neque à Flandria pannos petere debeat, omnia eius incolis domi nascuntur, soli fertilitate ad vsum etiam finitimorum exuberante frugibus. Huic syderum occultæ beneuolentiæ parenris vtriusque accessit cura & sollicitudo, qui vt ipsi inter Iuliacenses clari erant & honesti, ita in educando instituendóque suo filio, qua parentes sedulos decet cura, versati sunt: non vt vulgus sapiendo, qui liberos gignunt, vt in ijs se oble-
ctent,

ctent, sed illi vt familiæ stirpem per Dei gloriam propagent, facibusque maioribus illustrent, se suósq; progenitores, non tam oris delineamentis quàm morum optimorum & virtutum similitudine exprimant. Itaque à Deo sumentes principium, ne hæreticorum puer, prauis à teneris imbutus erroribus, à salutis æternæ scopo præuaricaretur, & ne cum hac labe omnis dignitatis & familiæ augẽdæ spes, vt tenera planta neglecta, intercideret; quod ipsi per se præstare non poterant his præceptoribus erudiendum tradiderunt, à quibus non solùm litteras discere, sed & veræ pietatis, fideique Orthodoxæ semina capere posset, Non ignari pueritia rectè informata & instituta quantum momentum habeat ad reliquum vitæ spatium feliciter & honorificè peragendum. Postquàm verò ad pubertatis annos peruenit eius

ætas (in qua plerumque peccatur ab alijs parentibus, liberiùs viuendi potestatem dando) ille à suis ad Eburones ablegatus est, vt ibi maiores litterarum progressus faceret sine hæreseωs periculo, in ea ciuitate, in qua Princeps Sacerdos vtrumq; clauum tenet Reipublicæ, qui & opibus amplissimis potens, & tuendæ religionis Catholicæ ardore accensus, eam pestem à suis finibus longè arcet, populúmque sub veteri sacrificandi ritu continet. Posteaquàm Grammaticæ, Poësi & Rhetoricæ satis operã dedit, Louanium ad Philosophos audiendum profectus est, tum vt ea quę in omni munere vitæ præstanda sunt humanitatis officia, disceret; tum vt rerum naturalium abstrusas latentésque causas, quibúsque exordijs omnia nascuntur, & quid post occasum esse desinerent, syderum ortus, interitus, raptus, stationésque ac

cæli

cæli ipsius circumuolutiones, quæ in aquis & sublimi aëre generantur, intelligeret. Quibus scientijs adiecit illam artem, quæ de his non modò disciplinis, sed etiam de omnibus alijs differendi rectè, rationem complectitur. Et in hoc triplex Philoso. phiæ studium, tam diu incubuit, donec fructus quem faceret non pœnitebat. Demum ei post priuata Gymnasia in puluerem venire permissum est, & publicè in communi artium liberalium schola, de his, quæ sub præceptoribus didicerat, potestas respondendi data. In qua arena ita pugnauit, vt vnus extiterit, qui omnia sophismata explicare, captiosas argumentationes soluere, & syllogismorum nexibus se extricare cum laude poterat. Illi hæc lucta litteraria auctoritatis plurimum & existimationis apud æquales peperit, & eius diuulgata est fama, ita vt non medio-

cribus propoſitis præmijs à potentibus viris inuitaretur ad multas res iam tum eius vtilis futura opera. Duorum Principum natis priuatim erudiendis Coloniam Vbiorum vocatus eſt. In quo munere ita verſatus eſt, vt ſui non fuerit immemor, quin quicquid in vtriuſque Iuris voluminibus ſcriptum, audiendo interpretes, & indefatigabili labore, perpetuíſque vigilijs, legendo hauſerit. In hoc otio diu multúmque occupatus à fori ſtrepitu & litigantium clamoribus abſtinuit, donec diuerſo actus numine, ea quæ erant, iam præcepta Iuris in animo, ad publicas actiones contulit, per omnes iudicij formulas exercendo ſe, Leodij primũ, tum Spiræ. In vtriuſque huius ciuitatis luce hominúmque frequentia verſatus, quantam omnes ſciunt ibi eſſe maximam, exantlatis tot laboribus, tam longo ac difficili emenſo, Iuris

pelago,

pelago, in hanc Academiam venit. vt Colophone ſtudijs impoſito, à Magn^co hoc Cancellario, vobis (Profeſſores) approbantibus, Doctúræ laurea decoretur. Eius itaque nomine, Magn^ce Cancellarie, fidem tuam rogo obteſtorque, idem vt facere velis, honeſtorum adoleſcentium cœtus poſtulat, qui nudiuſtertius eum de Iure reſpondentem audiuerunt. Hoc terræ Iuliacenſis & Cliuenſis Sereniſſimus Dux exſpectat. Hoc Louanium & Colonia deſiderant, vt alumnum ſuum ad ſe Doctorē remittas. Reuerendiſſimus Epiſcopus, idémque Sereniſſimus Princeps Eburonum poſcit: & auguſta Spirēſis Curia efflagitat, Quamobrem, ſi lubet Cancellarie, ego pro te eum bono eſſe animo iubeo, vt ex tuis manibus nunc exſpectet hoc immortalitatis decus, Iuris vtriuſque inſignia. Collige, ornatiſſime VVolfi,

si, tibi paratos dulcissimos sudoris tui fructus. Immárcessibilem accipe tuæ virtutis partam gloriam, qua nullum maiorem Acedemia Dolana dare potest, quo te sibi sempiterno amoris pignore obstringat.

DIXI.

ORATIO
Habita Dolæ ante explicationem librorum Topicorum Ciceronis.

INCREDIBILIS vestra attentio & alacritás summa, qua disserendi artem ab Aristotele traditam apprehenditis (Auditores) & concio tanta, quantam hic locus habere non consueuit, non mediocrem spem addidit, animúmque erexit, ut illam disciplinam (in qua nō parua

parua res acta est & explicata, Porphyri quippe Isagoge & Categorijs cognitis totius artis iacta sũt fundamẽta) credam vobis magis magîsq; cordi fore. Cæterùm huic erga me ꝑpẽsissimæ voluntati, cùm vos amore & beneuolentia pares, labori autem meo diligentiam vestram penè ęqualem esse cernerem, illico tota mente ac studio in hanc cogitationem incubui, vt pomeridianis horis, alterã illam Dialecticæ partem, quæ de Inuentione est, huic quæ Argumenti cõtinet rationem & præceptionem, coniungerem: vt quæ inuestigando essent inuenta & eruta orationis firmamenta, copulare appositè & copulata conuertente ratiocinationis vinculo, suo quæque loco & tempore disponere sciretis: tum in priuatis disputationibus, in vmbra & otio, tum in lucem, hominúmque vulgus orationem vestram spargentes, prodire

dire poſſitis, & cum ornatis, grauibúſqueviris dicendo aptè aliquando contẽdere. Etenim hoc meum ſemper fuit conſilium, vt illam artem, quæ eſt de re qualibet rectè diſputandi, ab ea quæ diſertè & copioſè dicendi doctrinam tenet, numquam ſepararem: quarum vtriuſque tanta inter ſe eſt coniunctionis vis vt tempore & amplificatione quadam inter ſe, non re ipſa diſtincta mihi eſſe videantur. Itaque vtroque genere cognito, nõ eſt difficile illius exemplis in omni quæſtione vti, huius autem præceptis omnem cauſam controuerſiámque & ad populum concionem accommodare, etiam ab ingenio non magno, Sed hoc dum diu multúmq; mecum cogito omnémque viam ac modum accuratiùs perpendo, à priore conſilio in aliam ſententiam abij, vt omiſſis Topicorum libris Ariſtotelis (qui longam latæque

que sparsam scientiam habent) Ciceronis de eadem re compendium amplexarer. Cuius quidē mei instituti, quæ fuerit causa & ratio, breuiter hoc tempore vobis aperire proposui, ne inconsultè vobis & temerè in hoc iudicium deflexisse videar. Et quidem hoc futurum spero, vbi satis animum aduerteritis vestrum, & ad meum calculum rationes vestras adduxeritis, vos mecum eandem viam libenter ingressuros. Equidem ferè hunc omnium vestrûm esse video studiorum cursum, vt gustatis illis disciplinis, quibus ad omnem humanitatem imbuimur & ad vitam degendam erudimur, per legum peritiam, alij ad quæstum, alij ad honores, omnes ad aliquam Reip. partem, sitis ituri. Cui proposito vestro vt felicibus auspicijs inaugurari possitis, ex quo quæso portu per Iuris pelagus nauigaturi, ventis prosperiori-

rioribus anchoram ſoluere poteſtis, quàm ex hoc argumentorum mercatu viaticum ad vniuerſam profectionem veſtram neceſſarium comparaturi? Nulla eſt etenim vitæ pars, nullum officij genus in priuata, nullum munus in perſona publica, quod Dialecticam non deſiderat, in congreſſu, in ſenatu, in concione, in iudicio, ad erumpendũ (ſi neceſſe erit) ex argutè ratiocinantium auſis, aut è conuerſo ad aduerſarium affigendum argumẽtorum clauiculis. Quæ omnia ſi expoliantur diſertè & ornatè dicentis facundia, rudi materiæ vltima ac ſpecioſa ſi acceſſerit facies, quæ audientium animos, vt pulchritudinis conciliatrix, alioquin nutantes, in quam velis ſententiam inclinet, Oratoris erunt aſſumptæ partes. Propriùs autem inſpicite vtriuſque ſcientiæ fructus, dum vmbratili palæſtra intra parietes vnus alterum ſer-

ſermonis reticulis inuoluit & inuoluti alij alijs feliciùs & citiùs ſeſe liberant, eiuſdem diſciplinæ beneficio. Et rurſus, cùm pomeridianis horis, ſaturnalibus diebus eandem dictioné latè copioſeque effunditis, ornatam omnibus coloribus ac floribus magna cum laude & auditorum applauſu, exercitij veſtri in arte oratoria actiones explicabitis. At contra quàm ieiunè, tenuiter, incautè, imperitè captionum affigitur ſcopulis, qui huius artis deſtituitur energia, quando ipſum animi ſui ſenſum, neq; vrbanè neque gratioſè ad ſtuporem audientium valet excolere. Cæterũ hic locus id me poſtulare non videtur, vt longa & efficaci oratione hoc ſtudium in genere vobis commendẽ, eius commoditates omnes in medium proponendo, quos inflammatos ſatis propriæ vtilitatis ſtudio video ad hanc ſcientiam panſis velis, pro-

properare. Sed in hoc mihi tantùm elaborandum est, vt ipsam docendi viam, quam aggressuri sumus, gratã acceptámque vobis reddam. Quod facilè impetraturum me confido, si omni ex parte hoc meum propositum ardenti vestro desiderio hauriẽdi artem disserendi, conforme esse cognouero. Habetis autem initio duas res, quibus perfectus orator & causarum patronus efficitur: in Idẽ conuenientem Ciceronis operam, & Trebatij voluntatem, cùm in illius scriptis consummati Oratoris respiret imago, in huius autem petitione magni & memorabilis Iurisconsulti succedat consentiens volũtas. Quorum vtriusque sententia commoti & auctoritate grauissimorum virorum adducti, prolixam illam inueniendorum argumentorum rationem pluribus libris ab Aristotele traditã, meo hac in re subscribentes iudicio,
vel

vel potiùs morem gerentes, vt cum hac compẽdiosa methodo commutetis libenter, hortor. Quamquam à summo illo Philosopho grauatim recedo, neque vitandi laboris causa, ad hoc consilium confugio, sed quid à me commoditas vestra postulet, considero. Hoc insuper vos in animũ vestrum inducite, in ipsis iam legum elementis versari, vbi vel Sceuolæ vel Aquilij sententias, vel alius à Cicerone nominati Iurisconsulti responsum, ad dialecticæ artis concludendi modum accommodare vos, & agendis in foro causis adaptare docebo. Præterquã quod alterum hoc eius rationis ad vos peruenturum sit emolumentum, quòd ea quæ breuibus præceptis tradita est doctrina, & faciliùs vestris animis succedet & fideliùs à memoria conseruabitur, & à tanto auctore dicendi profectum documentum, Magistri commendabit fama

fama & æſtimatio, minúſque vos pigebit cum celeberrimo Iuriſconſulto Trebatio, vos ad eandem diſciplinam dare fotmandos. Siquidem illa prolixa, quæ apud Ariſtotelem eſt, Topicæ explicatio, ei tempori accõmodata eſt, quo ſummis Philoſophis ſummus venit honos, & illæ ſcientiæ, quæ nunc habentur in pretio vel nondum inuentæ, vel hominum iudicio ſine decore iacebant. Etenim hoc antiquum & diuturnum Philoſophandi inſtitutum, hoc noſtro ſeculo apud Theologos tantùm ſuam laudem & veterem conſuetudinem obtinet. Aſt quia breue eſt humanæ vitæ curriculum, paucis vel nullis Philoſophiæ ſtudiorum ſcopus vltimus quæritur, ſed plerique ea adiuctrice ad honorificam vel quæſtuoſam ſcientiam properantes, vtuntur, vel in carcere, vel in medio ſtadij curſum ſtudij Dialecticæ præcidentes,

tes,

tes, longo labore & fastidio pertæsi. Dialectica à limine salutata, aliò se transferunt. Ideóque hoc iniui consilium ac rationem, vt longi temporis, & inextricati laboris, vos à necessariæ artis cognitione, tædium non auerteret, operæq́ue factæ minimè pœniteret, Vos itaque, per id, quod in vobis esse vidi ardentissimum discendi desiderium, oro, & per eum, quem litterarũ meritis acquisitum, à vobis amorem mihi deberi iudico, obtestor, vt hoc persuasum habeatis nullam vobis ad Iurisprudentiam facem preferri posse splendidiorem, neque vllum esse libellum, quem maiore cum fructu, tum ad respondendum de Iure, tum ad quodlibet causæ genus tractandum, versare manu, & mente euoluere possitis.

DIXI.

ORATIO
Habita Dolæ ante explicationem libri secundi Ciceronis de Legibus.

PRÆCLARO ordine, meo sanè iudicio (Auditores) de Legibus suscipitur institutio: quo per Philosophiæ præcepta, emollitis, informatísque animis vestris, altior disciplina subiret. His etenim libris, qui de Anima ab Aristotele inscripti sunt, vos in naturæ vestræ cognitionem traduxi. Et Tusculana Ciceronis disputatione adversùs omnes corporis cruciatus, mortémque ipsam tolerandam fortiter, armaui. Ab vtraque autem disciplina, ad copiosè in concione, argutè in circulis apertis Rhetoricæ & Dialecticæ riuulis, ad omne Reip. munus ho-

hominúmque ſocietatem, atque ad officium multas commoditates ſumere docui. At ſi hac via, exploſa feritate, manſuetudini parata eſt ſedes: ebullientibus corporis voluptatibus iniecta temperantiæ frigida, aduerſus inutilem formidinem, timoris auerruncatio reperta, venris ac gutturis vitio ſobrietatis medicina obiecta, alijſque animi tempeſtatibus & corporis ærumnis, tranquillitas moderatióque impoſita: quidnam potius fuit, ita perpolitæ veſtræ mẽtis tabulæ inſculpi, quàm iuſtitiæ notionem? quæ adeò in reliquas virtutes propagines emittit, vt à nemine, qui hac caret, illę rectè coli queant. Ipſa ſiquidem cùm ſit perpetua animi affectio, tribuendi cuique quod ſuum eſt, Deo quidem cultum religionémque ſuppeditante pietate, decernit, & hominum ſocietati amorem & beneuolentiam

procurat quibuſcumque poteſt offi-
cijs. Nam hoc natura nos monet, &
in hoc nati ſumus, & hiſce duobus
officijs pietatis & honeſtatis, Reip.
ſalus continetur, quam vna cum ra-
tione Deus hominum mentibus in-
ſeuit. Hæc eſt autem illa naturæ vis,
quæ obnitentibus erroribus, ineptijs,
vitijs, morbis, ad id, quod rectum eſt
& bonum, tendit: quod omnes ſa-
pientes, duce Natura, appetunt: &
vt inquit Apoſtolus: *Gentes quæ le-
gem non habent, naturaliter quæ legis
ſunt, faciunt, & legem non habentes,
ipſi ſibi lex ſunt*, hoc eſt, formula be-
nè rectéque viuendi, quam ipſa ratio,
qua nati ſumus, dictat. At primùm
ipſe Deus per Moyſen, deinde pru-
dentiſſimi viri ad continendum vr-
bium cœtus ac ciuium communio-
nem ex ea ratione recta ac confirma
ta, inſtinctu naturæ legem fixerunt,
cuius id caput eſt, vt ea quę recta ſunt
præ-

præcipiat facere, & vetet delinquere. Harum autem legum Iuſtitiæ tabulas, quas Romani à Grę cis in ſuam ciuitatem intulerunt, tribus libris Ciceronis, introductis ad hoc perſonis Marci, Quinti & Attici tripartito ſermone vobis explicare, omiſſo primo libro, eſt propoſitum, ſimul vt hac opera, Philoſophiæ ſtudio ſummam manum imponamus. Hoc tantùm præmonitos vos volo, hunc noſtrum laborem non euagaturum ad eam interpretationem Iuris, quod libris Pandectarum continetur, collectum ex Iurisperitorum reſponſis (non enim mihi tantùm ſumo) ſed circa has legum ſcaturigines reſidẽdo, huius auditorij vmbraculo pro quercu Mariana vtemur. Conſiderate autem harum legum inſtitutionem, tanquam originem cultioris vitæ, & naſcentis vrbis, quæ ab ea lege quæ nuſquam ſcripta eſt, promanauit

nauit: & abs huius obſeruantia nata eſt Iuſtitia, quam qui exercent, iuſti vocantur, & qui contra faciunt, iniuſti. Verùm enimverò vbicumque offendetis Ethnicorum ſacra ac ritus, eos non imitari, ſed admirari tantùm iubeo, eorúmque ardorem ſequi, qui falſa opinione illuſi, aut mortuorum hominum ſimulacra, aut rerum vita carentium imagines venerantes, tam caſtè ſacris operati ſunt, Poëtarum fabulis aut vulgi errore ſine aliquo veritatis argumento inhærentes. Sed quoniam nõ infrugifera eſt hæc diſputatio, altiore ab origine, hanc rem, ſi lubet, eruamus, hũc fructum exſpectantes, quem rei vetuſtas faciet commendatiorem iucundiorémque. A principio ſacræ litteræ nobis prodiderunt primum hominem ab opifice Deo, vna cum huius vniuerſi fabrica, eſſe cõditum ac in Paradiſo conſtitutum, Princi-
pem

pem ac monarcham reliquorum animantium, ac tanta dignitatis affinitate cõdecoratum, vt ipſum Deus & conſilij & noui operis participem fecerit, adductis ad eum recenter formatis omnis generis beſtijs, quæ vt præfectum ſuum reuereri aſſueſcerent, eiúſque parere nutibus, nominibus, quibus ſingulæ ab ipſo ſunt vocatæ, impoſitis, non niſi eius decreto abire iuſſæ ſunt. Huius autem nomenclatoris corpus ex eadem argilla atque telluris fœtu, quo cæteræ feræ atque plantæ ſata ſunt, idem auctor quidem finxit, ſed propinquiore ac certiore gradu agnationis eum ſibi adiunxit, cùm non ex eodem elementi luto eius vitam ſuſcitauit, ſed magis propriè de ſingulari aura ei in faciem particulam inſpirando, animam ingenerauit ornatam ratione, conſilio, omnium artium ſolertia, & in primis ſui conditoris noti-

tia reſplendente, omnibus virtutibus, quibus ad vmbilicum eſt perducta hominis natura, quæ ſibi boni rectique lex erat. At poſteaquam tot ornamentis decoratum hominum genus, ſibi ſubrogatum vidit Satan, colubri aſtu abutens, technam ſtruxit, & primum illum parentem, præuaricantem tanta nobilitatis ac honoris poſſeſſione, depauit, & deinceps ſtirpem naſcituram imperij dignitate ſpoliatam, in malorũ chiliadem deiecit. Hinc ingenitæ nobilitatis & naturæ ſplendor ac diuinitatis igniculi caliginem induerunt, incumbente in rationem, praui appetitus, ſuperbiæ, ambitionis, intemperantiæ libidinis & aliorum vitiorũ pondere: quo præualente, homo ſeipſo factus deterior ac infelicior, cõtrà quàm iubet lex (quæ cum ipſo nata eſt) ab inchoata illa beatitudine ſurſum deorſum in mille motus ac tem-

tempeſtates rapitur. Quapropter operæ pretium fuit, domicilio Paradiſi (quod ei cum numine commune fuerat) expulſo, ſtatúque moto, eius intelligentiæ, tanto lapſu humi affixæ ac obſcuratæ, aperto ſcriptæ legis tramite, tanquam prætentante viam baculo, per moribundæ vitę tenebras ad boni rectíque metam mõſtrato calle, peccati ſcopulos docere declinare. Adeſte igitur (Auditores) diſcendis legibus operam dantes, purgatis auribus & mente neutiquam peregrina, vt imperare vobis ipſis & Reip. gubernacula, mandando & prohibendo, ſingulis quod iuſtum eſt diſtribuendo, capeſſere noueritis, erudimini, Deo in primis pietatem, tum populi charitatem exercere. Verùm dum in hoc ſum, operam ac ſtudium collocaui, vt legũ cognitionem, dignitatem ac vtilitatẽ inflammati auidè apprehendatis, ne ran

rancidam carnem aromate conditã vobis proponere videar, ſed de Iouis Optimi Maximi tabulis deſcriptas delicias deguſtandas dare, vnum Legis, quæ de religione eſt, primordiũ audite. *Ad diuos* (inquit Cicero) *adeunto caſtè, pietatem adhibento, opes amouento: qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit.* Quàm auguſta verba (Auditores) quàm plena ſanctimoniæ? quibus iuſtitia erga Deum, quæ religio appellatur, deſcribitur, ſi ſublata multitudinis dictione vni bonorum omnium Largitori Deo apponantur. Chriſtianis omnibus, paulò immutatis verbis, primum eſt præceptum; *Diliges Deum ex totis animi tui viribus, eique ſoli ſeruies.* Hoc eſt primum & magnum mãdatum in lege (inquit Chriſtus.) Deo igitur cultum impenſuri caſtè adeamus. Caſtimonia, ait Cicero, animi (in quo ſunt omnia) nec tollit caſti-

mo

ſtimoniam. Inceſtum dierum numero vel aquę aſperſione tollitur: animi verò labes, nec diuturnitate vaneſcere nec manibus elui poteſt. Per Deum, Auditores, vos obſecro, ne tam ſacram interpretationem Ethnici hominis otioſis auribus prætereatis, ſed altiùs veſtræ memoriæ infigite, neque patiamini iſtud fidei Chriſtianæ lumen, ac æternorũ præmiorum ſpem, ipſámq; Chriſti crucẽ ſterilem in vobis emarceſſere, neque eum ſequi ducem pigeat, qui, tametſi fidei noſtræ luce deſtitutus, tam præclarè tamen ac ſincerè de religione ſentit. Hoc equidem magnoperè metuo, imò clamo & obteſtor, ne hic religionis doctor, cum magna caterua ſui ſimilium, buccinæ ſonitu Chriſtiani ordinis homines ſiſtente ad ſupremum agni tribunal, obuiam prodeat & ſegnitiem diuini cultus exprobret & tandem ingrati-

tudinis ac perfidiæ præiudicijs aggrauatos, causam nostram ex manibus, clementis alioquin iudicis, eripiat, nequicquam deprecante seuerum ψήφισμα omnium cœlitum cõsessu, quin æternis ignibus tradamur cruciandi inimico vindici, cum canibus, veneficis, impudicis, homicidis, mendacibus, & idolorum cultoribus, quibus omnibus est interdictum nuptijs filij Dei. Non etenim solus incestus, sed quæuis impudicitia castimoniam tollens, sacris arcet ritibus, nisi, quod temporis longissimi non eluit flagitium præscriptio, hoc culpæ agnitio, subsequente pœnitudine, Christi gratia purget, ac integritati restituat, arísque reddat idoneum. Proximum est, vt accedẽtes ad Deum, pietatem adhibeamus. Est autem pietas (vt alibi ait Cicero) Iustitia erga Deum, quam religionẽ dicimus, qua sublata, non potest

stare

ſtare fides, humaníque generis ſocietas, ſuffragante Diuo Auguſtino, qui pietatem dicit eſſe veracem Dei cultum: qui eſſe non poteſt ſine amore caſto & ſancto: quia ipſe Deus ſanctus eſt, integer, perfectus & ſecretus ab omni contagione turpitudinis. Ideóque tunc ipſi homines Deo propè accedunt, cùm mens vacua terrena fęce, & diſtorquentibus cogitationibus, atque à corpore profuſis voluptatibus, vt vultu & habitu membrorum, ſic ſpiritu rebus diuinis operam dare contingit. Cæterũ cùm omnium mortalium vnus ac conſtans ſit ortus interitúſque, quãuis curſus, qui inter carcerem & metam vitæ medius eſt, fortunæ beneficio variè vel extollatur vel deprimatur, poſtremum fuit lege ſancire, vt opes à ſacris amouerentur. Cuncta ſiquidem elementa cùm ſint cõmunia, & expoſita vniuerſo viuen-

tium generi, & Deus ipse idem omnium sit parens ac conditor, filij sui corpus præbens manducandum, vna eadémque Ecclesiæ participatione vnum animal rationis particeps selegit, à quo, impressa sui notitia, adorari sese ac coli voluit, vt eius absolutam expletámque omnibus numeris naturam ac bonitatem contẽplando imitaretur, & seipsum ab omnibus illecebris segregando, ad eius voluntatem, se vitámque suam conformet: hoc autem, vt præstet homo, non auro opus est, aut argento, non Oriente deportatis lapillis, alijsque, quæ tellure continentur opibus; sed mente, consilio, ratione & voluntate castitatem, & pietatem exercente, ab illis ipsis rebus, quæ pretiosa vulgo, lauta ac in delicijs habentur, quã longissimis interuallis intelligentiam ac sensus auocando. Quia nihil horum in Deo est reperi-

re,

re, præter ipſas ſolas virtutes, quibus homo ei placere, & ſimilis fieri poteſt. Non ergo expedit nos eſſe reges ac locupletes, aut honore præfulgẽtes ad litandum: ſed eas iubemur adhibere dotes, quibus ipſe, qui eas expoſcit, communi naſcendi conditione donauit caſtitatẽ, pietatem, munditiam, pudorem, charitatem, fidem, ſpem, munificentiam, & ſi quæ ſunt aliæ iuſtitiæ comites. Et qui ſecus faxit, eum non æſtimabit inſontem Deus, ſed vindex violatæ legis erit. Ecquid igitur nobis proderit fucus, inuerſa facies, diſtortum collum ſublati oculi, manúſque, vel ſphærulæ geſtæ precariæ; ſi in labijs nata, ac deſinens eſt veneratio? Quid mille geſtus, barbatam quaſi ſimiam referentes; ſi aliud ore, aliud corde erimus loquentes? &, vt habet Euangelium, ſi viduarum domos deuorãtes, longam fecerimus orationem,
quando

quando detractis religionis & sinceræ pietatis laruis, destituti harum, quas modò dixi, virtutum præsidijs, vindictæ diuinæ feremus calculum, frustra adseram pœnitentiam remos flectentes. Sed ne cancellis suis nostra sese efferat oratio, cursum vnde abiuimus instituamus. Qui lautitias vendunt, gustanda quædam empturientibus porrigere consueuerunt, qua illecti suauitate, plus nummorũ impendant. Sic ego primitijs legum explicandarum exordio nostri officij instillatis, hoc opinor effecisse me, vt libenter audituri sitis progredientem ac interpretantem hoc opus. Istas leges duodecim tabularũ, à principio vna cum natura ipsa profectas esse mõstraui, priusquam litteris mandatæ sunt. Cæteræ verò leges, scita, Senatusconsulta, Prætorũ edicta ac Principum decreta, ac sapientum responsa ad populorum salutem,

lutem, Rerump. ac vrbium pacem ac tranquillitatem, pro temporum ac morum necessitate lata & recepta ab hisce dependent, eadem ratione ac recto iudicio mentis dictante. Cuius sanè intelligentiæ ac sani iudicij tanta est vis, vt tametsi lex nulla de sacrificijs erat à Deo aut homine lata, Abel tamen de primitijs gregis, optimum quodque pecus & maximum Deo Opt. Max, offerendum esse iudicarit. Et quamuis homicidij nulla foret constituta pœna, non idcirco minùs conscientię scelere obstrictus est Caïn, qui fratrem Abel occidit, hoc tam crudele facinus contra legẽ à natura sancitam ac vetantem qui commisit. Post religionis autem præcepta hoc propositum mortalibus cunctis esse debet, vt quod sibi fieri desiderant, idem faciãt alijs, cõscientiæ rectæ arbitrium vbiq; examinantes: quæ si turba & tempestate malarum

rum affectionum diiudicare rectum non poterit ad hasce leges, aliáque Iuris scripti decreta erit confugiendum, & ad hominum scita, actiones ac viuendi officia dirigenda. Demũ ex hoc portu anchoram soluentes, pansis linteis vela vos dare ventis iubeo, & per Iustiniani sinum, magno illi pelago vtriusque Iurisprudentiæ sartam tectam cimbam credere, hisce prælectionibus munitam instrũctámque aduersùs omnes scopulos, ipsámque nauseam ac tædium multorum interpretum, ac variãtia gentium statuta vsúsque dispares. Hoc quoque pacto futurum confido, vt istud totum studium, posteaquam hîc luseritis, vobis minùs difficile ac scabrosum sit futurum. Horum fontium aquæ aspersione tanquam initiati, expiatis ingenijs vestris, omnes salebras alacriter superaturos, in me recipio. Huc ergo, Nobiles Adolescen-

ſcentes, animo & ſtudio vos totos addicite, atque vniuerſam naturæ vim, quam minimis prouidentia recenter formatis vobis inſculpſit (memoriā dico, intellectum & volunratem) in hunc laborem collocate. Hoc ipſum ſeminarium omnium virtutum veſtra ignauia ac deſidia nō ſinatis decreſcere, ſed amore præſtantiſſimæ ſcientiæ, inductam caliginem erramēto primi parentis, magno niſu reſarcite: ſic apud homines gloriam, apud Deum operæ veſtræ fructum ſempiternum accepturi. Iuſti enim & qui homines iuuerint multos, tanquam virens folium in cælo germinabunt.

DIXI.

ORA

ORATIO

Habita Dolæ in Doctura Bernardi VVarchij & Heßeli Boſſemij, eodem die quo auctor Iuris vtriuſque auctoritatem adeptus eſt.

NVNQVAM ego æqua in laude Oratoris ponendum eſſe iudicaui (Senatores ampliſſimi, Iuris interpretes clariſſimi, cæteríque, qui ad hanc celebritatem conueniſtis, Auditores) parémque poſtulare prudentiã, quæ ad accuſationem in foro, vel vituperationem in concione eſt accommodata oratio, & hoc dicendi genus, quod ad exponendas inſonandáſq; doctiſſimorum & ad vnguem efformatorum virorum auribus, duorum Adoleſcentum nobilium & doctrinæ fa-

famâ celebratorum laudes, dictione cõparatum est. Illic enim ad verũ crimen multa affert communis in vitiũ inuidia, mentísque offensæ conturbatæque peculiare odium: quæ tantò tenaciùs auditoribus affiguntur, quantò stomacho maiore, & tumentioribus buccis expressa hominum animis illabuntur. Hîc verò neque Oratoris animus plus æquo sibi indulgens, valet quicquam efficere, neque obsequij aliquid præstare fauor, quò veritatem fucatis commẽtitijsque adumbret coloribus. Meminisse enim debet patronus in miserabilium reorum periculis, homines ferè ad commiserationem flecti sponte, nullámque esse in afflicta fortuna partem, in quam dentem figat liuor: quippe cùm & veteres inimici vindicta contenti, simultatem, si non prorsus deponunt, certè minùs exercent. Contrà verò florentẽ bono-

bonorum vitæ ſtatum, egregiáque fa-
cta clàm mordere conſueuerunt ho-
mines. Quocirca hoc mihi tantò la-
borioſius, difficiliúſque, in Bernardi
VVarchij, & Heſſeli Boſſemij cauſa
obuenit orandi munus, quòd illi, &
cum illis vos omnes (Auditores) ne-
que meæ exiſtimationis, neque fidei
eſſe putabitis in eorum laudibus col-
ludere: neque tot clari Belgæ, quorũ
nobiliſſima ac gratiſſima me cinctum
ſtipatúmque cernitis corona, meri-
tæ eorum gloriæ aliquid affingi, ex-
cogitaríque patientur, quod ſi non
dictum ſit, vel ipſorum familiæ anti-
quis progenitoribus, vel illis ipſis ſi-
lentij iniuriam factam eſſe palàm ar-
guunt. Habet namque neſcio quam
contumeliȩ ſpeciem cælata virtus, v-
bi eam potiſſimùm clareſcere opor-
tuit. At nunc hoc ſibi perſuaſum ha-
bet Bernardus VVarchius & Heſſe-
lus Boſſemius, omne meum ſtudium,
ope-

operam, ingenium, industriam ac laborem, consecratum addictúmque esse decorandæ honestandæque veteri eorum amicitiæ, cuius opportunitatem Deus aliquis in hunc diem contulit, & ad exemplum pertinere voluit, quo ad Iuris vtriusque Docturam illi, ego ad Licentiæ honorẽ recipiendum, huc conuenimus. Cuius rei memoria tantò diutius apud huius Academiæ alumnos fixa hęrebit, quòd ex Belgarum diuersis prouincijs, ijsdem bellorum effusi tempestatibus, fortuna huc coëgerit tres Iuris candidatos, vt sempiterno facti sui testimonio, hunc diem posteris consecratum redderent; illi docturæ suæ laurea; ego disputatione publica in eos parata & laudatione pręmissa, vobis cernentibus Iuris interpretãdi potestatem adipiscerer. Sed quænam esse potest in me nata cum primis elementis, vel usu conciliata
dicendi

dicendi facultas (Bernarde VVarchi) quæ ſtirpis antiquiſſimum ſtēma, longámque maiorum tuorum ſeriem apud Arlunenſes publici Scribæ officio fungentium, enarrare dignè queat? Tu itaque hanc excuſationis cauſam accipe, & ſi infra tuas laudes dictionem eſſe ſentias, cogita eâ amplisſima tua, maiorumque tuorum præconia exiguo temporis ſpatio explicanda, & verborũ paucitate clauſa eſſe, quibus accedit viriũ noſtrarum exiguitas. Quamobrem (Auditores) ſi ſapientiſſimi hi Belgæ, præclaro & honorifico habito de me iudicio, hocce die mihi has orādi partes mandarunt, æquúmne eſt, vt, eas anguſto humilíque animo excludēdo, inter Arlunenſes vnius, alterius apud Friſios familiæ honeſtæ, de me conceptam ſpem fallam, aut ita ineptè ſim arrogans, vt violata amicitia, & contempta patriæ charitate, peri-

periculum effugiendo, eorum causæ hoc potissimùm tempore ad laudẽ sempiternam augendæ, me subducam? Est itaque Bernardus VVarchius Arluni natus, quod oppidum est in Ducatu Luxemburgensi percelebre, ex ea familia, quæ cum ipsis vrbis mœnibus vetustate certet, in qúa per omnes gradus agnationis, officium publici Scribæ perseuerat, tanquam gentile, pari fide & auctoritate: tanta certè integritate, vt etiamnum hoc tempore penès eius patrẽ idem munus perduret. Is cùm diuersos ex coniuge suscepisset filios, hũc satis agitatum Grammaticæ cunis & exercitatum Dialecticæ disputationibus, ad explicandum eius artis labyrinthos omnes, ad Iuris studium Louanium misit: deinde Coloniam: hinc Ingolstadium: Spiram quoque ad augendum varia cognitione animum, profectus est. Cui desiderio

cùm

cùm ſatisfeciſſet, & ad Iuris faſtigium perueniſſet, hanc Academiam elegit, in qua lauream Iuris nanciſceretur: tum quia in ditione inuictiſſimi Hiſpaniarum Regis eſt ſita, tum quia à bellorum tumultibus lõgè eſt remota, fidáque inuenta eſt extra ſeditionum ac diſcordiarum Belgicarum tempeſtates, ſtatio. Hic eſt ille Bernardus VVarchius ſancto ac graui parẽte natus, quem & ille præ cæteris liberis diligit, quem maximè idoneum iudicauit, qui maiorum ſuorum veſtigia calcando, non modò laudabiliter, & integriter vitam agendo, patriæ vtilis eſſet futurus ciuis, & ſuis propinquis honorificus neceſſarius, ſed qui claritudinis facẽ præferret, qua reliqua poſteritas illuſtrioribus accenſa radijs, ad altiora gradiendum viam apertam micantémque intueretur. In huius vitæ probitate ſedatis moribus excellẽtique

que virtute ad ſempiternam gloriam tendenribus paſſibus, illa Iacobi VVarchij canities ac ſenectus eſſloreſcit: hac fama atque exiſtimatione ſummáque laude filij, pater, velut participante adoleſcentiæ calentis ſanguine, ætatem agit floridam, atque hoc Atlante nititur. Ecquid vos, clariſſimi Profeſſores, purpuratíque patres Ampliſſimi, qui quemque noſtrûm ex longinquis oris huc appellentem, oculis veſtris notare ſoletis,& conſiderare quibus vtimur interiore amicitia, ex vultu inceſſu, capillis, colore, cæteríſve corporis lineamentis, ac ſtatura ipſa, ex ſermone, diſputatione, actione, aſſiduitate ſtudiorum, iudicare conſueuiſtis quis Adoleſcens vobis apparet Bernardus VVarchius? An teter aſpectus ignobilem, ac truculenta facies inamabilem vobis exhibet capite Gorgoneo? Nihil mehercule tale

cernitis. Quin plana & exporrecta frons, mentis intus benè consciæ testimonium perhibet, probitatísque certissimum indicium. Non cælatorem callidum, versutum, veteratorẽ, fallacem, sed ingenij recti, aperti, liberalis & iusti adolescentis signa cernitis. Atque vtrumque eius oculorũ benignum sedatúmq; lumen, quantam animi maturitatem ac verecundiam præsefert! vt ex hac summa capitis specula totius corporis clauum gerentem mentẽ prouidam & custodem datam, diuinare quiuis facile possit; adeò non pœnitet eũ egregia forma esse natum, cũ & illa suum habeat omẽ, vt ait Porphyrius in Categoria de specie. Non enim temerè summi Philosophi, rectricem animã in oculis habitare, dixerunt, & ex eorum habitudine mentis malaciã, aut horrẽdas tempestates portendi. Venio ad famam atque existimationem quam

quam adoleſcentia ſummo cum pudore atque caſtimonia peracta apud tam varias, quibuscum agit, gentes ac populos peperit. Hoc genus laudis ego ſi taceam, ſi nullæ exſtant tabulæ (exſtant autem frequentes,) loquitur ſumma eruditio, quæ ſine aſſiduitate ſtudiorum, magnáque vigilantia comparari nequit. Et quàm feliciter & fortiter citra omne naufragium pudicitiæ, Sirenum prӕternauigando ſcopulos, ad hunc portũ enauigauerit, argumento eſt tam variarum diſciplinarum peritia ac fidelis memoria. Doleo à tempore reuocari orationem meam, non patitur breuitas, me meo curſu vti, cui, quãuis inuitè, mos gerendus, ne cæteris actionibus conſtituta dies, hac prædicatione eximatur. Ideóque in Heſſelij laudatione imitabor ſedulam apem, quæ mâne ad paſtum euolans, & ingreuentem metuens tempeſta-

tem, reperta pabuli copia, summa quæque delibat. Est namque Hesselus Bossemius apud Frisios honestis ortus parentibus, quorum tametsi non fuerunt possessiones amplæ, cura tamen & sedulitas in erudiendo filio fuit maxima. Embricæ omni genere earum literarum, quibus hominis ingenium exornari solet, doctissimis vsus præceptoribus, est instructus. Hinc Louanij, emenso Philosophiæ curriculo, studij Iuris fundamenta iecit, Coloniæ auxit, Duaci maiora incrementa addidit, & demum peragratis multis Germanię & Gallo-franciæ vrbibus, Dolæ colophonem imposuit. Sæpiùs vos acutissima argumenta spargentem audiuistis, & disputationes sustinuisse magna cum laude, adeo vt mea oratione, ea, quam apud vos adeptus est, eruditionis summa fama minimè crescat. Nimis breui orationis curriculo

lo

lo tot prætermissæ laudes sunt circũ-
scribendæ. Equidem si quis laudare
eius prudentiam solam vel fortitudi-
nẽ prædicare in aduersis, & subducta
anchora lõgiùs à continẽte & portu,
passis velis, vt dignis encomijs virtu-
tem extollat, dicẽdo ferri velit, nul-
lum finem habitura est oratio. Qua-
propter mihi temperando, hoc vnũ
addam, non vulgares viros, vtriusque
regionis genium, ad nos misisse; qui-
bus nescio an plus ipsa hæc alma A-
cademia debeat, quòd eam præ om-
nibus elegerint, à qua Docturæ insi-
gnibus donari cuperent: an verò il-
li ipsi, huic Academiæ, quòd eos in
nobilium litteratorum ordinem ado
ptare dignata sit. Cęterum sic statui-
mus, quòd hæc amantissimum suum
partum nullo tempore obliuioni tra
det: illis verò amplissimi honoris e-
largitrix & auctor nunquam excidet
Dola: sed hoc ipsum beneficium per-

petua recordatione exoſculabũtur. Iccirco te, Cancellarie, inprimis obnixè rogo, vóſque Profeſſores obteſtor, vt hoc honore non grauatim eos afficiatis. Quippe cùm hoc veſtrum præ cęteris omnibus voluerint eſſe officium; inſuper & hoc munus à vobis poſcit tam longinqua profectio: hunc diem tanquam natalem in hac potiſſimùm ciuitate celebrare deſiderarunt, vt huic Academiæ tantùm deberent, quantùm naturæ ſolo, quod ipſis viuendi dedit principium, & fortè tantò plus, quantùm corporea, mentis cultura pretioſior exſiſtit.

DIXI.

Finis Orationum Iuſti Iudoci Deculeonis.

IVSTI IODOCI DECVLEONIS CORTRACENSIS EPISTOLAE. aliquot.

IVSTVS IODOCVS Deculeo Anthonio Murino. S. D.



EPISCOPVS Vercellensis cum familiaribus, quorum numero me adoptauit, ex ciuitate in monasterium Franciscanorum mendicantium secessit in ipsa bruma: credo, vt salutatorum & deductorum quotidiana officia, qui-

bus à negotijs ſæpe auocatur, declinet. Eadem eſt hîc, quæ in vrbe, viuendi & dormiendi regula, in qua ſe vbique ducem præbet: neque ipſe quicquam vel decernit aſperiùs, vel flagitat importunius à nobis, quod ipſe auctor, vel accuratiùs vel citiùs nõ confecerit. Quin plerunque ſuos cubicularios, excubitor ipſe vigilantior, è ſomno voce ſua anteuèrtit.

Duodecim numero Adoleſcentes ſumus & totidem quibus vehimur equi, habitu pullo ad domeſticæ religionis formam compoſito: vnus Anthonius Cariſana, eſt ſacris initiatus, qui antiſtitis noſtri eſt ſacrificus & amanuenſis, tametſi vicarij opera non vtitur in ſacris, niſi grauiore premente morbo; quippe cùm ipſe, non niſi ſacris operatus, accumbat. Eius erga me charitas eſt ſumma, meáque opera vtitur in vertendo ſuæ legationis, qua fungitur pro Põtifice

tifice Romano per diœcesim Nouarrensem & Comensem, rationario, ex Italico sermone in Latinum. vale. Vercellis. CIↃ. IↃ. LXXVIII.

LAVRENTIO STRATIO S. D.

NISI probè mihi cognitus esset animi tui candor ac probitatis perspecta integritas, ego tuas litteras styli habere nasū suspicarer. vel certè egrè ferrem te in me laudãdo modum excedere, tametsi id facis venustè & eleganter, sed temperare facit amor in te meus & charitas non ficta, cùm tu mutuis officijs adfueris semper, non possum adduci in sinistram opinionem. Etenim cū me à te diligi gratissimum sit & à te laudari honorificum; ita tamen modicè exsequendum est, ne veritatis maior quàm obsequij ratio habita

esse censeatur. Amandi magna est libertas: amorem verò omni tempore & vbique locorum & apud quosvis & quacumq; oratione exprimendi, non eadem est facultas, & si facultas, non par gratia. Rursus non ita moribus sum agrestis & incultus vt amicum laudantem auerser. Sed magnam video mihi impositam prouinciam, dum equis velisque eò tendere debeo atque eniti, vt talis euadam qualem me esse tuis litteris & frequēti sermone prædicasti, neque erit in posterum viuendi, moresque obseruandi molesta conditio, dummodo quantùm profecerim, meliórque effectus fuero, non pœnitebit, si quæ te buccinatore fuerit bene viuendi facta alluuio. Pudore & dolore affectus sum, posteaquam vidi Professorem illum librum, ex quo suis auditoribus prælegebat, compactum abiecisse, cùm ego eius audiendi & salutan-

tandi cupidus, tanto ſilentio aſtiterim auditorij cancellis, quanto Narcisci monumentum frequentari dicitur in Bœotia. Verebar ne in me bilem euomeret. Optabam eellebori poculum ad manum habere, quo eius morbi ſubitum incendium exſtinguerem. Quid enim aliud agam, quàm ridere otioſè in portu, tempeſtate ereptus, cucullato tonante Ioue Vale. Vercellis. III. Cal. Decemb. CIↃ.IↃ.LXXVIII.

EIDEM.

EPiſcopus Vercellenſis ſtatuta Diœceſana imprimenda curat, & me archetypo præfecit. Huic operi tres penè ad deſperationem inſudamus. Auctor id volumen vult quàm minimis characteribus excudi: credo, vt, cùm ſit amplo exuberantíque oratione ab ipſo ſcriptum,

ad circumferendum tamen fiat facile, angustè presséque clausum. Typographus est vnicus in hac ciuitate, & is Gallo-francus & Latini sermonis ignarus, & iracundior Adria. eius insaniam auget frequens ebrietas, quod fastidij nostri caput est. Singulæ paginæ à typis uvidæ, erroribus à me notatis, rursus ab auctore recognoscuntur, attamen frequenter est quod vtriusque nostram limam euadat mendum. Vnde quotidie, imò penè in singulas horas cum homine cerebroso & ebrio, mihi est paratum bellum: dum ille tantisper supersedere irascitur, donec erroris notæ corrigantur ad exactum Episcopi iudicium, ne penetrent per cuncta exemplaria. Aliud malum est, quòd festinanter cupit absolui totum ante tempus legationis in Heluetiam: vnde vereor, ne tumultuosior opera abortum sit paritura. Sic semper aliud im-

impedimeutum efficit, quò minùs, vti ſtatueram, inuiſere te poſſim, non committam tamen, ſi me expediero, quin te viſam. Vale. Vercellis. III. Id. Maij. CIↃ IↃ. . LXXIX.

EIDEM.

QVartus dies eſt à diſceſſu noſtro: & id omne tempus datum eſt prouinciali Synodo habitæ à Cardinali Boromæo cum octodecim Epiſcopis. De huius Archiepiſcopi pietate ſumma, multa audiueram, eúmque obiter ſalutaueram, cum Mediolano Vercellis Taurinum verſùs, iter pedes caperet, paucis comitatus familiaribus, ad venerandum ſacrum linteum. Sed nunc interiore notitia & alloquio, hoſpitio & menſa, cognoui ſupra famam eſſe quę audiui & vidi. Hinc erit iter in Heluetiam. Comi ſi moram traxerimus, de ſta-

ſtatu meo ad te ſcribam. Neſcio an te poſthac videbo. Si te contingat in Belgium euntem, Cortraco iter facere, de me parentibus narra omnia proſpera. Vale. Mediolano. CIↃ.IↃ. LXXIX.

IACOBI VVILFVGLIO Sacerdoti.

QVod pro ſumma tua in me humanitate atque amore, quo me diligere voluiſti, debeo, præſto officium litterarum, ſimúlque meam fidem liberare enitor: hominiſque, iſtā tuam charitatem mutua dilectione penſantis, hoc primum argumentum edere conor. Badæ adhuc reſidemus. Conuẽtus pagorum Heluetiæ tardiùs peraguntur, magno tædio Legatorum, qui hîc ex multis regnis & Rebuſp. adſunt. Interim omnes, quibuſcum interceſſit mihi negotiũ

aut

aut colloquium, amicè tractant & officio salutant: etiam ij qui religione dissentiunt; vel quia aliquid in nobis est non astutum, quod eam beneuolentiam mihi conciliat: vel abiecta (propter gentilitiam cognationem & linguarum germanitatem) sinistra opinione, interiùs & liberiùs sese mihi insinuant. Hæc tamen officia mutua, modicè à me tractantur, ne consuetudo popularis odium apud nostros mihi creet, cautióque adhibetur, ne quid ineptè, aut intéperanter, contra decorum eius loci atq; existimationis, qua apud Legatum vtor, committam, & proinde vituperetur ministerium nostrum. Et sanè in hoc genere virtutis, dum studium ac operam pono, ne hæc iuuentus me præcipitet in aliquod dedecus, hoc præ oculis statuo, eam labem ad me, meósque parentes non modò perrepere, sed ad iniuriam nostri

noſtri legati vltra ſpectare? Tametſi enim eius proprius lapſus ſit, qui virtute excidit, ea tamen infamia aberramenti ad eum progreditur, cuius auctoritate fulcitur, qui offendit. Nõ enim, quemadmodum parentibus filij obtingunt & neceſſariò habētur, ſic ego lege naturæ in hanc familiam ſum adoptatus: & qui domeſticum tolerat probrum, eiuſdem videtur probator, quia negligenter corrigit, & famam ſuam, alioquin integram, culpæ alligat. Ad extremum, hoc reliquum eſt, ſummam tuam humanitatem pro honorario habeo, habiturúſque ſum, donec viuam, & quocũque officij genere remunerabor, efficiámque nedum vt verſuram fœneratò faciam, ſed æris tui nexu me expediam, ſi obſequijs huiuſmodi ſolutionem ſtatuis fieri poſſe. Vale. Badę. Nonis Auguſti. CIↃ. IↃ. LXXIX.

EIDEM.

QVantùm ego tibi debeam, ſentio equidem, propter egregiã tuam in me amando charitatem. Tuus enim & tui ſimilium amor, me dolorum & grauiſſimorum patriæ caſuum, ſi non obliuiſci, atque prorſus exſtinguere memoriam facit, certè de ſolito pondere & grauamine aliquid demit & præſentis temporis acerbitate perculſum animi ſtatum, ad moderationis, rationíſque æquilibrium adducit. Et ſanè ſecundùm Deum, cuius numine vbique propitio vſus ſum, non video, cui id acceptum maximè referre debeo, niſi litteris & morum ſimplicitati, quæ iſtius tuæ prudentis ac ſapientis gratiæ eſt conciliatrix. Equidem hoc negotium, quod mihi commendas, ita erit cordi, vt nuſquam meam fidem vel

vel ſtudiũ defuiſſe expoſtules. Hoc etiam nomine Epiſcopo noſtro gratum futurum confido, quòd, cùm te propter non vulgarem doctrinam & probitatis exiſtimationem, quam apud populum tuum tenes, diligat, me ad eius viri commendationem applicuiſſe, qui ſuæ integritatis iam opinionem obtinet. Quæ de inhoſpitalitate eorum hominum, quos honoris cauſa, & offenſionis metu taceo, ſubmoroſè, vt ſcribis, ſic geſta ſunt, eam ſane Belga quidã culpã ex eodem ordine & familia, verboſiùs priuatim vſq; ad lacrymas purgauit; Rectoris ſolitudinem prætexens, in quo ciuilioris vitæ deſideratur vrbanitas. Tanta tamen manſuetudo Epiſcopi noſtri ac moderatio exſtitit, vt nihil inde offendiculi vulgo obiectũ ſit, quod ſermonẽ dederit hominibus in ea regione, vbi multi auerſa fide viuunt. Vale. Lucernæ. 1579.

EI-

EIDEM.

GRauiùs ad me ſcribis de Schafuſianorum illata contumelia, quã ſe res habet, neque quiſquam ex comitatu ad conuicium aut iniuriam retulit. Siquidem ab oppidanis, qui fide à nobis diſſentiunt, nedum honoris aliquid exſpectabamus, ne moram quidem trahere cõſtitueramus, quia non ſunt de Chriſtiani Paſtoris ouili. Oppidum tantùm perequitauimus, & ſanè properanter: ſcis enim quàm nuſquam ceſſare permittat is cui paremus. Quantùm ego prætervectus, per nebulam audire potui, arbitror quoſdam ſtupefactos ſpecie aut clamore mulorum, quos aſinos eſſe autumabant. Alij magis inſana admiratione capti, ſimile hominum genus, quaſi pro monſtro aut lemuri-

ri-

ribus habere: opinor, quia pullati omnes, & nullus erat, qui gladium aut armorum cæterorum quid gestaret. Tertij suo idiomate nos *Phaffen* vocabant, & hi rationi maximè consentanea iudicabant. Vides quàm nulla sit offensio vel iniuria, quæ publicam postulet querimoniam. Cùm nos *Phaffen* appellant, audiuimus nõ grauiter, quod non sumus, tametsi de habitu arbitrentur. Cùm mulos nostros, asinos appellant, quale hoc est conuicium, quod inter animalia ad tribunal Leonis ventiletur, cum asino patre nascatur mulus? Itaque cùm nemo sit, qui se inscribat aut accuset, me deprecatore periculi non egent Scafusiani temerè perciti, Apud te tamen (mi VVilfugli) considera quis vsus sit futurus eius sclopeti, quo me donare voluisti, hominem animo tam tranquillo ac securo; cuius etiam gestatio æquè vt acce-

ceptatio est interdicta. Neque, si liceat auctoritate eius, qui nos inermes esse voluit, ego qui irruentibus bellis, patria excessi, cōmittere non debeo vltrò, vt me armis onerem, quorum tractationem neque didici, & ne discere cogerer, fortè contra meum Principem abutendo, orbatum rebus carissimis mea me fortuna huc adduxit, vbi docemur equitare sine gladio & pera. Summa hæc est, quod mihi gratissimum & iucundissimum, quòd ego persuasum habeo me omnino abs te amari: ne hæc opinio me fallat effice, paria à me accepturus. Annæ sorori tuæ officiosè salutem dico, & te benè valere opto. Tugij. CIↃ.IↃ. LXXIX.

EIDEM.

FAcilè adducor, vt credam Abbati à profanis hominibus, quos ego

ego, ibi vidi, professionibus & facultatibus monasterij præfectis, fucum fieri, fidémque pronam, quam eorũ consilijs adijcit, eius existimationi derogare, nedum ęris iniuriam irrogare. Et fortè temerè perculsus fuit eorumdem hominum sermone & ipsorum persuasionibus ad talem sensum perductus, vt opinaretur vehementem curam restituendæ vitæ Ecclesiasticæ, quæ in Nuncio Apostolico prædicatur, asperitatem esse, omnémque quęstionem ad exturbandum ordine spectare: magnam eius eruditionem ad cõtemptum eorum, quos minùs eruditos offenderet, nósque domesticos exteros suspectos tãquam sinistri ominis viros & regionis Italicę, ex qua profecti sum⁹, solo augurio Germanicæ simplicitati timendos. Atque hoc fine consilij factum esse arbitror, quòd morbum simularit, ipsúmque Episcopum ægrè
in

in colloquium admiſerit ſuam prætexens inualetudinem: tantùm potuit apud humilem, demiſſúmque animum, quamuis pietatis non mediocris, non prudentium hominum auctoritas. Equidem quorum modò imprudentiam, nunc improbitatem licet appellare, quia vultu inamœno & tetrico & moroſo infenſi nos obſeruabant. Quin & ad equos noſtros eorum inhumanitas ſpectauit, pabulum corruptum exhibendo. Ex quibus ſanè is equus, quo ego vehor feliciore fortuna, propter vectorem Flandrum, vſus eſt: cæteris ad præſepe in ſumma inedia, fœnum appoſitum faſtidiētibus, cùm meus, quòd ſibi erat oblatum, odoriferum, auidiſſimè in aluum demitteret. Me quoque ipſum multa vrbanitate exceperunt, ad commeſſationes nonnunquam inuitando, poculáque mâne abſynthitæ largiora. Hanc tamen in-

insignem Abbatis culpa illatam iniuriam sine aliqua querimonia pertulit is, cuius potestas erat legationis honoraria postulare. Huius monasterij situs est amœnissimns plurib⁹ de caussis, quàm Epistola claudere queam. In medio Rheni fundatum est, non procul inde, vbi per salebras & saxa præceps is fluuius magno fragore & spumantibus vndis cadit. Supra, extra insulam, in continente est oppidum, olim (vt fama est) peramplum: nunc muris orbatum. Id per descẽsum, ponte tribus arcubus fulto, monasterio iungitur. Neque temere Rheni amœnitas appellatur, quam si non vidisti, vltrò, quamuis libris affixum, ad profectionem compellere potest. Vale. Constantiæ. CIↃ. IↃ. LXXIX.

Apo-

Apostatæ cuidam.

MEam, an Collegæ culpem imprudentiam, an tibi benè precer, nondum ſatis conſtitui. Siquidē non oleum modò & operam (vt aiunt) perdidi, ſed meipſum in magnum diſcrimen vitæ, irridenibus ruſticis, adduxi. Illum ipſum pagum, cuius tu Parochus es, quia ſignum ſalutiferæ Crucis in apice præſeferebat, religionis orthodoxæ obſeruantem exiſtimauimus, & ad hoc ſignum, tanquam ad pharum, iter direximus. Cùm extra viam publicam deflectere nequiremus, vndarum ex repentinis imbribus collectarū impetu, penè obruti ſumus. Per inæquales vortices ſequebamur quendā Heluetium, equo alto & robuſto vndas ſecantem, veluti locorum peritum. Verùm quia equi noſtri erant

humiliores, nõ modò longè nos anteuertit, ſed ex oculis, conſpectúq; abijt, priuſquam nos flumine expediremus; in diuerſa latera ſeſe voluentibus equis noſtris, & modò illuc vadum explorantibus, cùm ſępenumero vltra aluum voragine haurirentur, natatus impetu cœnum fregerant, loriſque ſolutus meus ferebatur ἀμφίβιος. Eminus cõgregati, tanquam ad ſpectaculum ruſtici, non ſine cachinno, excipiebant. Quæ ſũma erat tam infortunatæ delegationis, vbi mandata expoſuimus auctoris noſtri: tu quem Catholicum ſacerdotem opinati ſumus, Sardonicum mouiſti riſum. Deinde à te in templum intromiſſi, viginti circiter ligneos offendimus calices abiectos negligenter poſt baſim & inter rudera veteris altaris, in quibus plurimis telis texuerunt araneæ. Quam indigniſſimam profanationem loci, abomi-

minatione conſpicati, de fide, viuendique ritu te interrogauimus, vbi illicò protuliſti Cathechiſmum Caluinianæ hæreſeos, cuius placitis tu tamen minimè à te ſubſcribendum iudicaſti. Hîc paucis ego te cùm interrogarem, qua fronte, ea quæ tu in vmbratili minimè probas, pro fidei Chriſtianæ anchora doces? Reſpōdiſti in hæc verba, extenſa ad ruſticos manu; Iſti volunt ſic. Agedum bone vir, quid voce hac à te excogitari poteſt maiore perfidia? Hoc demum eſt verba pro farina vendere. Cur tu plebem falſa doctrina deuinctam retines. Cur te eius religionis doctorem profiteris, cuius tibi dux eſt turba agreſtis? aut quare tu, qui Catholicus audire vis, communitatis ab Orthodoxa Eccleſia ſecedentis interceſſionem metuis? Iam non audis vocem in throno ſedentis te appellantem, Vtinam eſſes calidus, aut frigidus!

ſcio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Igitur quia diues iſthic es & locuples, ad aurem loqueris. Quis ex non amentibus iſtius cõſilij iudicium probabit. Offendimus & alium tui ſimilem chamæleonem, cui cùm Apoſtolica auctoritate interdiceretur concubinæ cohabitatio, ille planè reſpondit, ſe non id probaturum, ſed potius deſerta plebe Catholica ad Hæreticos abiturum. Quod poſſum præſto, moneo vt reſpicias, quibus honoribus excidiſti, tecum mediteris ac cogites quid intus ſentis, reclamante Chriſtianæ ac veræ religionis diſciplina & conſcientia, quæ cum facto tuo diſſentit, ac diſpar contendit. Vale. Syluaniæ. XI. Cal. Auguſti CIↃ. IↃ. LXXIX.

Geor-

Georgio Vissingelio.

IOannem Vissingelium nepotem tuum, auditorem meum, iuuenem propter morum probitatem & in litterarum studijs ardorem magnum, mihi charissimum, commēdare nihil opus est. Ipse enim qnanti apud me sit, quotidie experitur, neque puto in eo amando me à te vinci Sanguinis enim propinquitate tu ei patruus es, ego dum eius ingenium, mentémque ad præcepta liberalium artium formo ac dirigo, vitæ benè sapientérque agendæ dux sum, & parens alter. Et sanè quemadmodum matres patribus blandiri solent ad communes liberos amãdum magis, naturam amorémque accendere, alioquin propensissimum, dum suam effigiem, formámque in ijs expressã contemplari iubent: ita ego, tametsi

omnes, qui in meam disciplinam sese dediderunt, vehementer diligam, Ioannem tamē Visingelium præ cæteris in oculis gero, propter eximiam erga omnes æquales modestiam, & erga me obseruantiam, in Deum pietatem, & religionem orthodoxam, qua & ego gaudeo. Hæc summa sit, quia vrget tabellarius, eum mihi ita esse curæ, vt quem vnicè diligo, meque eum ita amare, vt isti patrueli amori neutiquam cedam. Vale. Bisontio. CIↃ, IↃ. LXXX. IV. Non. Ianuar.

CAROLO GOSMARINO S. P. D.

VEnit ad me nudiustertius Maricotus tuus expostulatum iniuriam grauem à me factam Ioanni Hūgaro collegæ meo. atque ita eius causam egit, vt non modò ad reprehensio-

hensionem omnia eius dicta tenderent, sed præter molestiam quam afferebat, ita nullum vociferandi faciebat finem, vt eius iurgatio ad contumeliam apertè spectare videretur. Rogaui, sobriè ac seriò, an ioco indignè à me factum exclamaret: ego ad voluntatem Hungari, ita meam confirmo & ad eius vtilitatẽ me adiũgo, vt eius existimationis & commodi vbiq: rationem habeam. Mutuis inter nos certamus officijs: simultatis nullũ vnquam fuit vestigium neq, in accubitu neq; in congressu, neque in cathedra, vel tantillum eius pristino honori vel ex asse, vel ex parte detrahitur. Cùm hoc docendi munus publicum mihi proponeretur, cum appensione dimidiati stipendij, ego eam stipulationem promisso obsignare nolui, priusquam eius animum pertentarem, Ipse apertissimis verbis respondit, hoc partitum onus

mecum, non modò sibi molestum non fore, sed periucundum ac gratũ: séque mihi multum debere professus est, qui laborum alteram partem subeam, stipendio ipsi manente integro, ac decessum iam pridem meditanti ante ingressum meum. Si abitionem parat, sanè successor opus est; si manebit, equidem maiore oneris parte leuabitur, sine vllo suo dispendio. Hoc non velle planè inopis consilij est. Rursus si successorem vel socium postulat, quem potiùs expetere debet, quàm eum qui studio, beneuolentia, amore, omniq́ue officij genere eum persequitur. Si autem subirasci statuit, is ego omnium hominum sum minimè cui succensere debet. Verùm quod coniectióne augurali assequi videor, illi vt multis alijs vsu venire potest, vt iactato & præmeditato discessu, quãdo is pro foribus est, quæuis tamen mora

mora gratior sit, lentáque ducatur pœnitudine: quæ cùm fastidium pariat, nihil mirum, si morosior, nunc me, nunc alios suæ ægritudinis incusset. Neque incredibile est nonnullos esse, qui inter nos dissidium quęrunt, quorum pestiferis palpationibus, si is aures præcluderet, vt ego ijs fortiter constantíque fide resisto, instituta nostra amicitia nunquam labasceret. Attamen nescius non sum ex amore homines multum mutari. Accidit nuper, quòd me (qui sum homo planè incallidus) ad eam duxerit domum, vbi moratur ea puella, quã vxorem ducturus dicitur, prorsúsq; interrogaret, quid sentirem? dixi; liberalem faciem, sed corporis staturam breuiorem: mores videri non insuaues: opinatus me spectatorem de forma interrogari, non de maioribus aut censu, quæ me fugiebant. Ille tam fidelis amici extortum respõ-

ſum puellæ retulit, atque hoc eſt, quod ipſa nunc iraſcitur, tempeſtates ciet, ſponſúmque in me accendit. Ego, qui Martem armatum fugi, ne eius hymenæo bellum facere cogerer, Palinodiam cecini,

Si breuis eſt, non deſpicias; breuis ipſa voluptas:
Fortè nec in longo eſt corpore longa magis.

Reliqua non ſcribo, ne exiſtimes me cum homine non ſapiente ad eandem inſanię reſtim choreas ductitare. Multæ opiniones concurrunt, nulla tamen ſolida cauſa eſt, quæ in mentem venit cur ego illi in ſuſpicionem veniam, ſine cuius voluntate ad prouinciam non veni, & poſtquã veni omnibus officijs amicitiam eius colui, ab omni dimicatione ſemper alienus exſtiti, & ne vllam quidem illum ipſum deſiderare autumo. Cæterum illorum improbitas, qui præ-

cipuę nobilitatis auditores communes in me excitant, mihi grauis est & molesta, quæ ad ignominiam procedere videtur, cuius sum magis impatiens, quàm damni illati. Superiores rumusculos omnes vnius æstimo assis aut minoris. Ego grauiter & cōstanter meam auctoritatem inuiolatam esse volo. Qua in re, vbi in posterum sinceritatē meam ac submittentem sese rationi animum habuerint cognitum, desinent maledicere, atque ex moderatiore disciplina per me restituta, vberiores, præstantiorésque ipsi, parentésque eorum fructus capient, magnóque laudis fœnore ad me reuertetur, ad modicum tempus tolerata calumnia eorum, qui me iniucundum aut seuerum dicunt, vbi clarior, notiórque erit explorata mentis meæ integritas. Te autem iucundissime Gosmarine, pro mutua amicitia, paríque litterarum

ſtudio, rogo, obteſtórque, vt me inquilinum aduerſùs huiuſmodi varias obtrectationes tuearis atque defendas, tantíque ſceleris auctores, qui meum Collegam voluntate ſeiungere nituntur, ſi quos offenderis, pro re nata, iudicióque tuo, conſilium mutare facias. Vale. Biſontio. CIↃ. IↃ. LXXX.

Guillelmo Placentio.

DE rumuſculis iſthuc afflatis de migratione mea, nihil litteris hoc tempore committere ſtatui. Quid ſit, tu ſentis, qui politus & ad vnguem factus homo es. Nolo tamen propterea exiſtimes, de priſtino amicitiæ fœdere aliquid eſſe remiſſum, vel tuam fidem in dubitationẽ veniſſe; ſed cùm nihil adhuc explorati habeam, ægrè patior ex affirmatione ſpem, vel ex hæſitatione ſolicitudi-

tudinem frustra capere tuam erga me restibilem caritatem. Ideoque in præsenti nostræ coniunctioni satisfacere videbor, si tibi gratias agam maximas, quòd exploratum habeã, te amicitiorem esse meę salutis & honoris, quàm exspectare aut sperare ausus fuerim. Rectoris animus, qui erga me semper fuit liberalis & benignus, in dies fit beneuolentior, Collegij & Ciuitatis amœnitas, cœlíque clementia magnoperè reficit. Et sanè, quem situm vrbis natura ad habitãdum homini exstruxit gratiorem, aut quis loci genius defatigatis animis quouis labore, ad reponendum accommodatior? vbinam delubra tot tantísque nascentis religionis vestigijs inclita? quam si hominum vita morésque deformarint, petrę ipsæ, structuráque sacrarum ędium priscæ simplicitatis æmula, integram efflare nusquam cessant? Hoc spectacu-

ſtaculo me ſæpenumero paſco & ſolitudine campi Martij, & murmure præterlabentis Dubis & obiecti Dianæ montis, abſtractus à vulgo cogitationes reuoluo. Hoc ad te ſcribo, vt non temere credas me hanc ſedē libenter mutare. Vale. Biſontio. CIↃ. IↃ. LXXX.

Feruſio Bergerio.

CRebris & non obſcuris nuncijs ad me perferebatur, meū prouincialem Dola migraturum, eáque occaſione cœpi inire conſilium, animúmque ad primas docendi partes appellere, fultus atque fiſus maximè indubitata eius amicitia, quam commodiſſimam arbitratus ſum ad ſternendam in ea petitione viam. Dein bellorum caſus, eadem temporum malitia, incolas Burgundiæ fecit. hoſtium patrię exoſi cauſam, ſponte extor-

tor-

torres ambo. His accedit studiorum similitudo, hæc eandem docendi prouincia, in qua hîc versor, eius antea pressa vestigijs, hæc cathedra priùs illustrata doctissimis prælectionibus eius, multáque alia fidem fecerant, eius amicitiam non anxiè esse implorandam, sed sponte paratam promptámque fore. Quapropter paucissimis verbis ad eum scripsi, vt si vxorem ducturus, relicta Dola Leodesonerum cogitaret aut quauis alia causa ea conditione amplius vti nollet, ex ipso scire possem. vtrùm ea, quæ frequens fama ferebat, veritate niterentur prorsus placere & cupere me per eosdem gradus ad honoris apicem scandere, atque in ea contentione & turba competitorum, eius consilijs vti. Hisce meis litteris nihil amplius respondit, quàm si parem doctrinam huic muneri præstare me posse considerem, ei demicationi

me-

me accingerem. Quo responso magis accensus sum ac inflammatus, vt altiùs volarem, & ad destinatam laudem & gloriam adipiscendam omnẽ curam ac industriam (etiam cum existimationis meæ periculo, si repulsam paterer) cogitationésq; collaturus. Equidem cùm antehac leuiter admodum conditionem mutare, & Dolam discedere cuperem: nunc eius litteris, propemodũ fastidiosis, id ipsum fortiori animo contendo. Quid enim hoc aliud est, quàm nõ dissimulãter non modo abijcere amicitiam, sed obscurè insuper iniquum esse, cuius diligentiam, amorémque tot vinculis astrictam, omnem meam spem, exspectationémque superaturam putaui? vel quouis iudiceis in amicitiæ offendit officijs, qui cum coniunctissima rei benæ gerendæ habeat auxilia, nõ tantùm nihil pollicetur, sed vt lenissimè dicam, homi-

minem ſibi amantiſſimum faſtidit. Abſit tamen, quòd ſtomachum mihi faciat, aut impetum frangat, tametſi hęc contentio non mediocres turbas ſecum mentis afferat. Nam ſi palam factis meis conatibus fruſtra illius profeſſionis arcem tentauero, & alium Academiæ Dolanæ pulpita calcare contingat, nónne tibi magnum æſtimationis naufragium hîc comparatæ feciſſe videbor? Ne tu, ſi quodcumque in horto naſcitur Nepenthes toto dolio Arboſiano temperatum propines, ſolitam mentis hilaritatem reducas. Rogo per tuam amicitiam, quæ in omnibus meis actionibus adiutrix fuit hactenus & conſiliatrix, quid de hac mea volũtate ſentis, ad me perſcribas: te enim huius negotij gerendi clauo pręfigo, qui diiudicare potes optimè, qui & vitã & ingenij noſtri vires perſpectas habes. Vale. Biſontio. CIↃ. IↃ. LXXX.

EI-

LVDOVICO LAVTIO.

VEtuſtas noſtri amoris poſtulat quæ ab eo tempore conſueuit, quo iiſdem præceptoribus in ſtudio Philoſophico Louanij vſi ſumus, & menſa, & tecto, & ſtatus rerum Belgicarũ, & tẽporum curſus, fortunęque communis conditio, quæ te mihi ſucceſſorem parat, hortatur, vt tibi id gratuler, qui magnitudine ingenij ſemper præcelluiſti, nunc in relictam à me prouinciam gloriæ ſuccreſcendo, per mea veſtigia vocari. Tibi ſacris initatio, vel ad ſacerdotium pergenti, Biſontium eſt magis commodum: mihi autem Iuris ſtudium poſtlimimo repetenti vberiores fructus promittit Dola. Ibis ad ciuitatem amplam, liberam, Imperialem, antiquam, Commentarijs Iulij Cæſaris celebrem, & Romano-

rum

rum habitatione illuſtrem, & paulò poſt tempora Apoſtolorū Chriſtiana fide imbutam, & inde ijs templis & aris ornatam, quæ anum Metropolim decent, & adhuc retinet: vnde Baſilienſem, Gebennenſem, Loſanenſem, & Heduenſem Eccleſias peperit filias & neptes. Hic tibi eſt Capitolium tribus portis in vrbis planitiem deſcendens, quarum media adhuc retinet auratam arcus triumphalis formam; ab altera parte, quæ ad meridiem eſt Tarpeia ſurgentè rupe. In ſumma planitie Eccleſia S. Stephani, vbi bis quotannis mōſtratur vnum ex linteis, quibus inuolutum fuit corpus Chriſti. In decliui intra portam triumphalem, Eccleſia eſt S. Ioannis cathedralis & Archiepiſcopi Baſilica, qui nunc eſt Cardinalis Balmenſis. In ciuitatis medio eſt campus Martius, vulgus vocat *Champ-mars*, & vrbi impendens

dens rupes, vltra flumen Dubim Campus Dianæ, dictus Romanis, Indigenis hodie *Champ-diane*. Exstant ruinæ veteris aquæductus ab illis exstructi. Ex rupe est excisa porta, quæ in vrbem aditum præbet, alluente alterum viæ latus Dubi fluuio, qui forte olim Artarius erat. Hic ciuitatem ambit & perinsulam facit, parte sui per alueum in Campum Martium demissa. Mira aëris temperies, vndequaq; incumbentibus viniferis collibus, qui purissima præbent vina. Rector Collegij Ioannes Nodotus, Theologus, Doctor Parisiensis, pietate melior & doctrina, quàm œconomia, Collega inter alios, Ioannes Iolius, sacerdos pius & doctus, quod ibi rarum est. Reperies & prouincialem Baltazarem Dornæum siue à Spina, Monachum ordinis S. Dominici. Hæc ad te scribo, vt non temerè oblatam conditionem dimittas

tas Dolam te inuito ad festa Paschalia. Hæc tibi arx videbitur, si Bisontium spectes. Belgicè conuiuabimur vel si mauis Burgundicè, ab ouo vsque ad capream assam, cum iure oxalis, vino Arbosiano discutiente præteritorum piscium phlegmata, & ad tuam gratiam aduocabo aliquot Belgas mundos & elegantes adolescentes, qui hîc Iuri operam nauant. Vale. Dola.

EIDEM.

CVm vnâ essemus, terentem manibus te vidi quendam libellũ, quem Ecclesiasten esse duxi, & prouerbia Salomonis, & te apperiente inspexi esse Catullum & Tibullum, quorum versus acutissimos admirari te dixisti, & in eos parare te quasdam annotationes. Hîc ego, liberè quidẽ, sed non satis præmeditatè respondi, in

in nugas fatigabis ingenium tuum, hoc grauiter ferre te animaduerti, & audiui: ſed eius dicti elapſi tunc purgandi neque locus erat neque tempus. Non ſunt illi poëtæ mihi nunc ad manus ſed memini horum alterũ ſic ſcribere in exordio,

Cui dono lepidum meum libellum,
Arido modo pumice expolitum
Corneli, tibi: namque tu ſolebas,
Noſtras eſſe aliquid putare nugas.

Abſque controuerſia laſciuus vterque eſt poëta, & talia ſunt eorum carmina quæ legere licet inter parietes, recitare decorè non decet, neque in conuiuio, neque in triuio, nec in conſeſſu, nec congreſſu. Peccatum lapſus eſt humanæ infirmitatis, peccata autem vel ſcripto mandare vel recitare publicè, nequius eſt quã clàm perpetrare. Nequitia Catulli & Tibulli & ſimilium dũ occulta erat, fuit minoris offendiculi, donec illi

ſuam

ſuam Venerem, non cęlo lucíque natam, ſed nocte furtóque conceptam manifeſtarunt verſibus in lucem editis. In eodem gradu nequitię ſunt, qui vel in comeſſationibus, aut alio hominum cœtu, ea quæ prauè vel libidinosè egerunt, in ſermonem deducunt, in re flagris punienda vel lacrimis expungenda, laudem & applauſus quæritantes. De euerſione currus ſi geſtiat auriga, omnes vectores in eum inſurgent, & pugnis mactabunt ad necem vſque, vel obtorto collo duci curabũt fraudis aut imperitiæ reum. Planè vitandus eſt qui ſanis corporibus ſuum vlcus affricat. Si Catullum & Tibullum, tuis elucubrationibus illuſtratos nobis dabis, legentibus, aut planè & ſeriò id ages aut non ex animo. Si ſeriò id ages, non potes non laſciuus haberi interpres, qui laſciuum elegeris argumentum. Meminiſſe te conuenit

quòd

quòd nugæ in ore ſacerdotis, ſunt blaſphemiæ; in ore adoleſcentis prophani, ſunt facetiæ. Si frigidè & non ex animo id agis, operam vtiq; perdes & oleum. Terentianum eſt, *Mihi quale ingenium haberes, indicio fuit oratio.* Sed ego omnium hominum ineptiſſimus ſum, qui ſus Mineruam. Amabo viciſſim admoneri abs te officij mei. Interea videbimus quis ſit futurus partus tuarum lucubrationum, & vtrùm paſſer Catulli, excludet Phaſianum Laidis. Sed hîc dum ludimus in carcere, vide ne ſerò te pœniteat, ſi ad metam lucis euadet opus amatorium, quod fruſtra conaberis ſupprimere, vbi adoleuerit in meſſem, vt quondam Pius Pontifex omnem dedit operam ad abolendum amores in adoleſcentia editos: Cardinalis Bembus, ſuos Azalanos: & Franciſcus Petrarca de ſua Laura edita carmina, tametſi nihil

hil inhonesti contineant. Vale. Dola.

IACOBO BENINGIO.

FInitis vendemijs, quin in ipsa vẽdemia te exspectauimus, & percipuè tui desiderio tenetur cui effigiem tuam reliquisti μνημόσυνον argento cælatam. Quidam tuorum te armatum Iurisconsultum aiunt, & vt Trebatius olim Cæsaris, sic te Ducis Parmensis castra per formidãdas acies quandoque sequi. Ad me fac scribas, si te ampliùs huc aduolaturum sperare debemus Quid dico aduolaturum, cui tot præsto sunt essedarij, si modò ad nos non desit redeundi voluntas: tametsi ab hoc genere hominum cauendum esse Cicero scripserit Trebatio. Lubet autem hac epistola pro nostra consuetudine, & fiducia veteris amicitiæ, & stu-

diorum coniunctione tecum iocari. Bossemius & VVarchius Doctoratũ cogitant. ego intra Iuris Licentiæ gradum me continebo. Si quid tua perseuerantia in Belgio, & virtus cõciliare tibi potest, vt maneas non dissuadeo, tametsi id fieri non potest sine hîc tui desiderio. nos interim procul à clangore tubarum Dolæ in otio litterario perdurabimus. Salinas, Polymnium, Arbosium, Leodesonerium, & his adiacentia vineta perlustrauimus. Dij boni! quot vbique salutationes, lepóres, suauitates, plausus, iucunditates, vrbanitates, venustates, & occurrentium amicorum humanitates experti sumus, inuitantium, rogantium & cũcta officia beneuolentiæ impendentium. Affuit vna Guillelmus frater tuus, venit & Bleteranco Malanus, Vesuntione Lautius, & Quingeio Helesinus, omnia capita lepidissima, animæ melleæ

&

& absque felle, candidi homines, Polymnij Rector Collegij primus nos commessatione excepit, non Saliari cœna, sed viatica, condita leui vino, & vernaculo, salita leporum suauitate, sermonum sapientia, in orbem circinnatis argumentis, adiuncta tū metrica, tum prosa oratione, quibus nostrûm quilibet sui ingenij promus scientiæ ac doctrinæ afferebat symbolum: nec defuit Musica, quam referebat Echo sub famosa rupe impendente canentium vocibus. Nullus fuit qui hanc honestam voluptatem, & ab insolenti lætitia temperatam hilaritatem non pluris fecerit cunctis Crœsi diuitijs, vel Sardanapali delicijs; vndique lætis, præterquam tui carendum quòd erat. Hoc Lautius verbum excipiens interrupit & improbauit, totius symposij gaudium iniquum esse subsistere vnius absentis amici desiderio, qui fascino

inductus sponte huius regionis quietem, cum bellorum Belgicorum turbine commutauit: & qui potest pati esse sine nobis, nos etiam debere vicissim æquanimiter esse sine ipso, eiúsque perferre absentiam. Halesinus reditus tui promissi moram purgauit nuptiarum istic tuarum obiecta mentione. Ego dixi hîc esse quod ames, ideóque magis mirari me tam longum tuum decessum, & quid sit quòd sub Boreali axe ad Oceanum magis istîc, quàm hîc caleas. Rursus Halesinus, Quin & ipse Boreas Orithyam: fiat bonis auibus, non refert vbi, si satis bene. Quasi verò (inquit Beningius Iunior) augurij aliqua diuinatio sit quæ nuptiarum regat comitia, ad quæ si omnium sapientum concurrant consilia, nihil certi ac solidi valent decernere, cùm cuique quod sors obtulit, in hoc vitæ actu, fortiter ac prudenter sit ferendum.
Sed

Sed ego, inquit, ſcire velim planè, quamobrem pleroſque viros doctos incõgruis copulatos videamus vxoribus: neque mihi reſpondeatis vt in Iure, Non omnium reddi poteſt ratio. Mox placuit omnibus ſuper hac quæſtione ampliùs diſputare, quia conuiualis viſa eſt: & primæ partes datæ ſunt Malano, quia in ordine maritorum eſſet. Is facetè, vt aliâs ſemper, eloquenti facundia, ferè in hunc modum dixit. Poſteaquam pleróſque mortales, inquit, caſibus infortunij obnoxios eſſe cernimus, neque conſilio poſſe res humanas regi, adeóque veriſſimum eſſe, ſic vitam eſſe hominum, vt ſi ludas teſſeris, vbi minimè cadit quod optas, & in conſiliorum diſcuſſione pleraque fallunt, pauca felices habent euentus, ita vt plus caſus quàm ratio dominetur, ego ad exemplar cuiuſdam tabulæ, vxorem

duxi, in qua ex duobus dolijs diuersis, ex vno adolescentes velatis oculis, puellam; ex altero puellæ iuuenem in coniugium extrahunt, æuum simul peracturi, vt sors dabit. Itaque quæ mihi obtigit vxor, breuis est status, & vicissim hactenus breues sum expertus rixas & coniugij incommoditates. Vos vt idem sequamini exemplum non hortor, sed vestro vos arbitrio permitto libero. Id si tollitis, vt Caluinistæ, necesse est ex dolio promatis, quæ cæco amori obtingat vxor. Huic non absimile est quod in finibus Morauiæ circa nuptias geritur: vbi est quædam secta Anabaptistarum, apud quos in conclaui ex ordine quot Iuuenes, totidem puellæ constituuntur ex aduerso, in tenebris & lumine accenso, vt sibi occurrant sine delectu, hanc quisque habere vxorem compellitur. Lautius huius sermonẽ excepit, exordiẽs per versus
Ca-

Catulli, — *Suus,* inquit, *cuique attributus est error,*
Et non videmus, manticæ quod in tergo est.

Quis est ita armatus omni ſcientiarum præſidio, qui non ſemel inſaniuerit oppugnatus, ſi non expugnatus, heroïci amoris telis venientibus annis? vel quis per Floralium caſtra impunè ad Eleuſina ſacra peruenit, cùm ne dijs ipſis ſapere ſimul & amare datum eſt,
Quin, *Nec in vna ſede morantur Maieſtas & Amor.*
Hæc autem calamitas tantò acriùs exercet adoleſcentiam, quò eſt nacta generoſius ingenium. Da mihi verſatili ingenio Vliſſem, nec formoſum,
Attamen æquoreas torſit Amore Deas.
Da Herculem, qui clauam & pellem leoninam, calatho & fuſo fœmi-

neo mutauit. Sampſonem omnium qui fuerunt fortiſſimum: Dauidē ipſū ſanctitatis nomine eminentem, Exclamauit Nomenclator πρωτοπλάστης & Dei cōſiliarius Adam, viſa muliere, Propter hanc relinquet homo patrem & matrem. Itaque cùm in viris doctis ſit huiuſmodi heroïcus ſpiritus, & excelſus, & in multis mera ſimplicitas, & non ficta veritas, non eſt mirum ſi citò capiantur. Terminatam Lautij orationem excepit Sympoſiarcha: &, Nondum, inquit, explicatum eſt cur eruditi ad ineptas potiùs quàm commodas vel congruas inclinantes, infœlicem & infauſtum ſortiantur thalamum. Haleſinus ſumens loquendi partes ſic intulit. Partita mea erit reſponſio. Multos, ait, videas ex caſtris Muſarum vel ſtudiorum, poſt tirocinium exire priuſquam rude donati ſunt, in procinctu cadunt, vel in porta faciunt nau-

naufragium, priusquam vndas cognouerint. Alij insigni sciẽtiarum apparatu, & multifaria cognitione prędit, fortunæ alis destituti, inopia & egestate circumuenti, haustam doctrinam ad metam experiẽtiæ & praxeos deducere nequeunt. Ideóque tædij impatientia rem non nouam aggredientes, exoletam aliquam viduam propter opes in partem domus asciscunt. Alij ne cogantur per diuturnam operam, & laborum inexhaustos tropos emergere ex re angusta, & tenui supellectili, quantumuis malis moribus educatam, & peioribus vel vilibus parentibus ortam, modò locupletem, ducũt virginem: & sic totius vitæ nauigationẽ ad perpetuæ infelicitatis allidunt scopulũ, vel miseræ inhærent arenæ; & pro fida diuinæ & humanæ rei socia, dæmonium meridianum, vel nocturnã Empusam inducunt, quæ irrequie-

tas tempestates ciet, & sic Mydæ aures gerẽtes, sese vulgo ridendos prębent, nequicquam ipsis proficiente solida eruditionis anchora. Alios videas qui maiestatis tot disciplinis exculti, animi fasces hianti, submittentes auaritiæ Reip. exenteratoris filiæ sese exagitandos tradunt, & discordibus animis, ad coniugij aratra veniunt, suæque socordiæ pœnas luunt. Alius nostrûm succedens huic orationi, vt audio, intulit; Hactenus in fœminas cusa est faba, quasi verò omnes litterati adolescentes abs vexillis Musarum, ad Legum regulam vel ad Medicinæ aphorismos probati, vbi ad scalmum nuptiarum admouentur, statim optimi sint patres-familias, & ita ad amussim coniugij directi, vt digni sint quibus nubat Africani soror. Quin multi sunt quos decebat magis post scenam latére quàm in proscenium prodire,
nisi

nisi, vt Socrates olim, vultu comico cothurnatas vxoris rixas sapienti regimine didicerint moderari. Nã, Cicerone teste, omnes studiosi vel ingeniosi sunt melancholici: vnde nõ mirum, si quidam ad res vxorias sũt inepti, & talpis cæciores, vt cochleæ cornibus prætentant viam. Symposiarcha sermonem ordienti tuo fratri, propinata vini patera, abrupit. Dorica harmonia finem fecit. Hæc ego ad te scripsi tanquam totius lætitiæ breuiarium, vt cognoscas officiosè, quàm vehementer te amem, & absentis ratio quàm mihi sit cordi, vt simili studio vicissim ad me scribas de statu rerum Belgicarúm, & qua spe istîc maneas, si me amas fac sciã, simul vt purgem tuam moram cui reditum promisisti, & fortè dictus dies præterijt. Vale. Dola. CIↃ.IↃ.LXXXIV

IACOBO NODOTO

S. T. Doct. & Collegij Bisontini Rectori.

EAm pecuniæ summam, quę mihi apud te reliqua erat, ex subductione annui stipendij & emeriti, quã isthîc numerare te ex pactorum cõuentione æquum erat, tibi tamen vt commodarem, ac tuis rationibus magis, quàm meo animo obsequerer, tametsi difficilem solutionem verebar hic attributam, accepi à tutoribus Sigonij; qui in ære tuo erant: & sic clauum clauo pellens, sine intertrimento fidem tuam, meo pænè dispendio, redemisti Balthazari Gerardo, qui sub te aliquando litteras didicit, nunc meus hîc est auditor, eius negotij expeditionem planè acceptam ferre debeo. is nodum mihi so-

ſoluit, iuxta tuam profeſſionem. Cęterùm vehementer doleo. te querimoniarum de me, neque modum facere, neque finem; quin mea cauſa vniuerſam gentem noſtram perfidiæ accuſas. Qua tandem in culpa hęreo? Annuum docendi munus quod conduxeras, confeci, finitis ac expletis pactorum placitis, tibi liberum eſt mea renunciata opera alium præeſſe velle, & mihi viciſſim migrãdi eſt reſtituta poteſtas. Ego meum conſilium probari, confirmaríque vidi à prudentibus & me amantibus viris, idque executus ſum ſine integritatis meæ labefactatione, trimeſtri antè ſpacio denunciato meo deceſſu. Tu in me honorificus fuiſti, Senatus vrbis benignus, collegæ mei ſuaues & obſequioſi, præter vnum tuum nepotem, qui ſecundas à me tenet: cuius ego veſaniam intempeſtiuo ſpiritu pręgnantem, nunquam dignã dolore

lore iudicaui, aut tanti feci, vt aliqua simultate cum ipso, contendere voluerim, nisi quod ex tolerātia, existimationem meam minui ægrè ferrem apud meos Auditores; quibus mea auctoritas magis curæ est, quàm mihi ipsi. Ego eos qui mei honoris erāt studiosi, à controuersia continui. malum paratum eius capiti vltrò depuli, adeò nihil vnquam feci aut dixi, quod eius famam, quæ non magna est, læderet. Neque tibi mirum videri debet, aut à te mihi vitio verti, quòd ad celebriorem prouinciam me adiunxi, & in maiore hominum Doctorum luce, laudis accessionem quæsiui: hoc tecum expende, si ea ætate esses, in qua viuo: aut ea fortuna agitareris, cum qua mihi est confligēdum, quid tu facturus esses? Vtrùm à mea sententia, vel opinione vna dissentires? Haudquaquam arbitror. Quapp̄ter rogo, vt si, comœdicè vi-

xi-

ximus, haud tragicè corpore ab inuicem decedamus: ſed alter alterum, ego obſeruantia ac officijs te colendo, tu paterno amore me proſequẽdo, mutuò diligamus. Et quidem ſi hoc non ages, ſed perges eſſe querulus, ego tamen omnem curam adhibebo, & diligentiam, ne quid committam, quod ſit cõiunctum cum ſignificatione ingrati aut alieni à te animi, vel qui minùs tua cauſa velit, quàm ab eo, qui plurima tibi ſe debere fatetur, exſpectare debeas. Vale. D. Prid. Id. Ianuar. CIↃ. IↃ. LXXXI.

Paulo Pareiro.

AN tu κρεοφάγους illos, poſtridie Hilariorum Diuionẽ more ſuo abijſſe, ipſáque Cineralia ac piſculẽtam Quadrageſimam cum ſuo ἰχθυοπωλείῳ tanquam atros infauſtóſque di-

dies effugiſſe. Id ridebam*. Inter cœnandum, vbi cum aliquot Belgis cõueneram, mihi redditæ ſunt tuæ litteræ. Etenim cùm adhuc Biſontij agerem; & aliquando accubuiſſem die Veneris cum eius generis hominibus, ob piſcium, opinor faſtidium vnus eorum rogare cœpit: vtrùm frequentes dies Veneris recurrerẽt. Eã interrogationẽ cùm obſtupeſcerem; ad me tamen pertinere minimè arbitratus ſum reſpondere. Noſtri cõuiuatoris filia, quæ mihi ex aduerſo ſedebat, demiſſis in quadram oculis ſubridere viſa, donec eius pater, noui hoſpitis ſermonem excepit, & planè dixit, non eſſe plures dies Veneris, quàm dies Iouis. Tum hoſpes ſeipſũ interpretando, aſſeruit de ἰχθυοχύμοις diebus ſe rogare. At ille ad hoc, Eſſe huius generis dies duos in ſeptimana, quandoque plures. Quo audito, illi conſternata facie, tãquam ad ſubi-

bitò impendens malum aliquod, animi cruciantis similes extitere, credo ob satietatem dierum Veneris & ob insuetudinem Neptaliorum. In tanto mœrore conuiuarum non erat cõsultum cachinnum edere, nedum cogitata eloqui. Puella risus, vt mihi videbatur, impatientiam inhibens compressione inferioris labri, vrbaniter salutatis cõuiuis in culinam sese proripuit: in illam non audebam ampliùs vel oculum deriuare, ne fortè per imprudentiam frangerem hospitalem tesseram. A prandio vbi ad lusum globarem in hortum descenderamus, rursum de multitudine feriarum carnalium (quas dies Veneris Gallicè nominabãt illi hospites) expostulare cœperunt, & subducere quota anni pars tã infelicis notæ diebus, inuita Edusa, absumeretur, Quæ spectatum venerat, fracto silentij neruo, Æcastor, inquit, generose adolescens,

cens, inconsulta me haud constabit tua ratio, neque te sic exsolues: nullum enim locum dedisti anniuersario Quadragesimę ieiunio, quo carnium non modò, sed etiam ouorum vsum lex sumptuaria interdicit, etsi Sacerdoti à cõfessionib. auscultare voles, vnica erit diei refectio, aut inedia latrante stomacho, Edusæ panis frusto, & Potiuæ aquæ haustu sacrificabis vesperi. Hæc tamen quia blandè & lepide à puella dicebantur venusta, fidem apud eos non fecerunt. At nunc demum, vt ex te intelligo, hoc vaticinio re, vel sententia euentu comprobata, illi talaribus indutis è castris ieiuniorum eruperunt, ab ἰχθυοπωλείῳ ad carnificinam. Ego verò, mi Pareri, Antonij Garnerij mensa fruor liberali & Ioue genio propitio, ita vt religioni esuriali neutiquã satisfaciam, quoties appositis vescor: adeo piscinam nostram cum macel-

lo

lo Gebenensi commutasse pœniteat. Etenim ego Belga & Flander murenas & ostreas nunquam magnifeci, & spondilus laciniosus, qui vobis lautis in delicijs est, mihi penè nauseam facit: asello minore, quando eius copia est, delector, tum Cypronis vescor cum iusculo Dolano & nasturtio: mullis, lucijs, & quos solus Lupa gignit piscibus, vobis elegantioris palati hominibus, scombros & anguillas, quamuis decumanas, cum fungis, qui nullo in honore apud me sunt, relinquo: tametsi Italia ranis, & cochleis assuefecerit, multísque terræ natis. huiusmodi instructa mēsa, dierum Veneris fastidium alleuat purioris vini haustu, coquente piscium phlegma & herbarum cruditatē Vale. Dola. CIↃ. IↃ. LXXXI.

IOANNI IOLIO
Sacerdoti.

NÆ tu homo prorſus es ſine felle, & quicũ in tenebris dimicem, id eſt, ſemper tui ſimilis, quẽ ego plus hiſce oculis amo, & cũ quo ætatem agere cupio, ſeria & iocoſa credere. Metu dignus es quem locupletet Canonicale ſacerdotium & nutriat Cardinalis Balinenſis. Sed ehem, quid tandem de ijs hominibus, fortunæ pullis & albæ gallinæ filijs! O præclara fulcra! ô aſylum afflictæ gentis, conſilium dubioſis, anchora, & præſidium oppreſſis! Ecquid, ſi nunc viſitet caulas ſui gregis Chriſtus & flagello eijciat, vt olim, an nos ſpectatum admiſſi, riſum teneremus tota cauea? an potiùs lugeremus in tanta tempeſtate periclitater fidei Catholicę nauicula, nullum eſſe

esse ex ijs qui manum remo, nedum clauo, admouere didicerit. Scis eo tempore, quo simul viuebamus, trepidatum esse aduentu Nuncij Apostolici & nutare cœpisse cacumina rerum: sed cum ad eius legationem non spectaret hæc prouincia, ex singulari Pontificis mandato, vnum aut alterum, ad quos Ecclesiastica Eunomia in primis pertinet, officij admonuit. Tu cùm dignissimus sis meliore fortuna, si aliquod persona carebit sacerdotium, cuius collatio in eius erit potestate, quod velle te significabis, ego te ad eum deducã caussámque orabo, & hoc tantò citiùs tibi affirmo, quia ad magna non aspiras. Hoc tãtùm pátere me admonere te, ne nimiùm sis contemptor humanitatis, sed paulò sis popularior, habitu dignitati sacerdotali respondente: aut planè te in monasterium abdas & solitudinem. Reuerendo Prio-

Priori S. Vincentij, viro omnium literatorum & mei amantissimo, salutem dices, cui, si summa Abbatiæ credita esset, tota domus sarta tecta esset. At nunc pro doctis viris, extra professionem, piorum locorum censu contenti, in senos aut denos titulos irrepserunt terræ onera, aut calamistrati homunculi, qui nomine solo sese nobis honorandos præbēt, & salutari patres ambiunt, exclusis se dignioribus, quibus id munus legitimè debetur. Audiui, sed non venit in mentem, ex quo, consortem meum Hūgarum Bisontium reuertisse, & vereri stultitiæ nouam sufficiendo vesaniam quasi moriæ versuram fecisse. Vale. Dola. CIↃ. IↃ. LXXXI.

I A-

IACOBO MALANO.

NVlla fuit causa cur Bletaranum venerim, nisi vt te viderem, hominem ab ipsa pueritia & elementis amicum. Statim enim vt intellexi in Burgundia esse Malanum, nihil mihi antiquius fuit, quàm videre Malanum, quia litterarum officium, ingẽti meo erga te amori satisfacere posse diffidebam. Audiui, ne eam quidẽ vitæ tuæ partem in qua vxorem duxisti, tumultibus vacuam fuisse. Hoc illud sequitur. Quinque horis, tantùm cùm vnà fuerimus, non opineris me expleuisse magnum illud desiderium tecum loquẽdi veniam aliâs; & ociolum duorum aut trium dierũ in amicitia consumam, ab ipsa pueritia sermonem exorsuri. Per mediam adolescentiam, vsq; ad hæc tempora deducemus colloquium; & vbi illius

lius erit satietas, piscationi aliquot horas dabimus & perlustrationi eius arcis quæ oppido adiacet. Hac tamé lege veniam, vt meus aduentus tuis gallinaceis pullis aut columbinis nō sit funestus amplius, satis est si suis ouis vitam redimant. Nolo me verpū existimes, suillá carne ex lebete recenter cum sinapio delector. Farcimina in delicijs sunt. Adde si voles olusculum cum brassica, intybo satiua, aut lactuca crispata. Hæc omnia tuus hortus & penu suppeditabunt. Talem esse decet inter amicos sine arte mensam, exoticorum saporem condimentorum, vxoris tuæ beneuolæ vultu, pensante. Cùm insidiabor ranis & piscibus, rete inijciam aut hamo captabo: ego obsonabor, tu ad symbolum iusculum adijcies cum nasturtio, & sic fiet vt minimè sumptuosus tibi, vxori autem non grauis aut molestus sim fu-

tu-

turus hoſpes. Vale. Dola. CIↃ. IↃ. LXXXVI,

BERNARDO FVRIO.

LItteras tuas tam cupidè perlegi, quàm teipſum loquentem audire ſoleo, tametſi eę doloris ſignificationem habeant, quòd mecum eo tempore eſſe non potuiſti Salinis. Te tamen per amicitiam noſtram tam vehementer, quàm te amo, rogo, ne hac de re multùm labores. Mea etenim culpa accidit vel certè fato, quòd vſura ſuauiſſimæ congreſſionis atque aſpectus tui cæteríſque officijs humanitatis caruerim. Gymnaſij rector hoſpitium exhibuit, tantáque neceſſitudine eſt complexus, liberaliter tractauit omníq; ſtudio eſt proſequutus, vt nihil ſuprà eſſe poſſit. Hoc autem timeo, vt ſuſtineam eius præſtitæ beneuolentiæ onus, ac gra-

tiæ referendæ munus reciprocum, maxima enim ei debeo beneficia. Porrò hoc vt ſcribis, accidiſſe autumo. ibi ſi tu affuiſſes, certè tuorum amicorum auctoritas crateras vtriuſq; fontis inſpiciendi copiam feciſſet. Cæterum cùm & alibi in Burgundia ſalinarum ſcatebras cominus aſpexerim & aquæ dulcis venas plurimas, quamuis ſine honore, elaborati artificij, & in nulla admiratione ſint, illud ipſum ob quod doles, animum meum fodicat. Id quod naturæ arcano ad intuentium ſtuporem adiectum erat, contemplatus ſum, ſolerti mechanicorum ingenio ad vſus commoditatem. Vidi ſalinarũ ſtrues pinſentéſque inde panes fœminas, ſalſuginem aduehentes rotas, perpetuóque igne coquentes fornaces, vrbi impendentes rupes, & illis iniectas arces: & in conualli per montium fauces, fluuium rapientem totius

tius oppidi ſordes. Hoc ęquidem naturæ miraculum, tot machinarum adminiculis adornatum rarum eſſe fateor, ſed alterum conſpexi alibi, quod cùm nullos habeat admiratores, mihi tamen inſtar prodigij viſum eſt. Accidit vt iter pedes facerē Biſontio Villo-fanum, quod volūt eſſe veteres Faunos, huc priuſquam venirem non procul Ornanco, de monte non magno deſcendens, copioſum fontis flumen ſecutus ſum, donec in conſpectu eſſet Lupa fluuius, à dextro latere obiecto monte excelſo & ſalebroſo, ad cuius radices barathrū apertum eſt tanto hiatu, vt ſcapham mediocrem recepturum videatur. In id omnis aqua illa fontis iugis, illuuiéſque collium adiacentium deferebatur impetu irremeabili. Percunctanti mihi de exitu, nullus incolarum potuit explicare. ſed hoc adijciebant mirabile aliud: fieri quan-

doque aiebant exundante Lupa, vſque in eam voraginem, tantam vim piſcium inde enatare in flumen, vt ad quatuor vel plures annos hoc beneficio ſit piſcium fertilitas explorata. De nomine quæſiui, ſed nihil reſciui. Memoriam ad Poëtarum reflexi fabulas, & mihi eſt viſum Charonium, os Orci & Malanis lapis, profunditas præceps & immenſa, cimbã tamen nullam, neque portitorem conſpicatus ſum, nec latrantem Cerberum, metu obliuionis fatalis, hauſtu abſtinui. De antro in arce Rupefortis excurrẽte longiùs, vt fama eſt, etiam ſubtus flumen Dubim, cùm multa narrari audiuiſſemus, ego cũ aliquot Belgis animi gratia Dola profectis Rupefortẽ, aſſumptis duabus tædis ardentibus, famæ veritatẽ periclitati ſumus, & cùm quidam noſtrûm, non longè ſub terram per ſpecum eſſent progreſſi, obſtructam in-

inuenerunt viam, naturáne an opere, non ſatis cognouimus, niſi quòd ingreſſis induſtria id factum videbatur. Inde in riſum ſoluti, alter alterũ incuſare cœpit ſtultitiæ, & cùm non ſatis idoneus repertus eſſet perditi laboris auctor, in quem offenſiunculam euomeremus, generoſo vino tædium & tetrorum odorum afflata ſpiracula abſterſimus. Hoc argumento ad te ſcribo, vt intelligas tuas Galinas, non ſolas eſſe in Burgundia, quę portenta oſtendãt naturæ. Cæterùm de fama mea, cui tu dicis applaudi apud vos, propter diſputationem, cui præfui, Ioannis Hoſtij (ſuauiſſime Furi:) amo vrbanitatem tuam, quamuis nulli ſimus, gloriam tamen cum laude actorum, tametſi non appeto anxiè, ita tamen non abijcio, quin gaudeam eruditorum hominum ſermone laudem creſcere, quã aculeata obtrectatione maleuolorum ſæpe

contingit ſauciari. De Belgij rebus audij omnia acerba & triſtia, tot miſeriæ inſũt bellis ciuilibus & calamitates, & dempta cauſa cum quibus viuere malis, non ſatis iudicare poſſis: expulſa vulpes, recepta ſimnia & chamæleon: auarè, rapaciter multa: Chriſtianè, præter ſacrorum ritus, pauca gerũtur: victorum oratio crudelis, cupiditas inexhauſta, in caſtris Quæſtorum perfidia, militum à ſignis abſceſſio, propter non ſoluta ſtipendia, quam ſequitur agrorum deueſtatio & hominum expilatio, nobilitate ære alieno oppreſſa. Non deſũt tamẽ qui per ſplendida promiſſa me ex hoc otij portu anchoram ſoluere hortantur. Valetudinem tuam cura, me ama, & Hoſtio commenda, ſi adhuc iſthîc eſt, quia intelligo eum fidem matrimonio dediſſe, Iterum Vale. Dola. CIↃ.IↃ.LXXXII.

CA-

CAROLO ASSONVILLO.

A Cœna cum in horto Caputij Senatoris, & hoſpitis tui deambularemus, tu mecum ſeriò egiſti, de mittendo ad typographos Lugdinēſes, ex medio Iure deſumptas theſes quas publica defenſione aduerſùs æqualium tuorum & idem genus ſtudij ſectantium, luctam tuereris, ingenij tui ſimul & ſtudiorum ſpeciem daturus. Quo ſermone me non obſcurè admonitum duxi, vt aliquod carnem eorum coronidi velut πάρεργον circum pangerem. Ego, qui te ſemper magni feci, nunc facio maximi, quòd videam te ad paternarum non modò poſſeſſionum cretionem, ſed ijſdem virtutum gradibus ad idē honoris faſtigium, tanquam iuſtam hæreditatem parare te: vel, Cicerone auctore, meminiſſe, prædiorum nul-

lam esse gentem, quia illa vel à ditissimo quoque atque ignauissimo comparari queant: ideóque nolle te ductas in funere patris tui, maiorúmq; imagines otiosè prehendere, sed virtutum præmijs promeritas vendicare iustè. Quotus enim quisque est nobilibus genitus parentibus, qui gentilitia insignia rerum præclarè domi aut militia gestarum decora, à maioribus tradita, sine aliquo facinore in toga aut bello edito, oscitanter à blãdiente fortuna, indignorum plerumque fautrice, potiùs, quàm ex sacratissimo virtutis templo non gaudeat accipere? quin, proh dolor! multos videas, qui non modò nullum splẽdorem auorum, prælucentibus facibus, afferunt proprijs rebus gestis laudabiliter, sed clarissima ab auis promerita monumenta, latéque audita exempla, omni turpissimorum scelerum genere, & vitiorum caligi-
ne

ne obfuſcant. Et patria inſuper abligurientes bona, ſplendidiſſimã, quaſi curſu porrectam lampadem, extinguunt. Hanc autem labem, dum grauiſſimis Iuriſprudentiæ ſtudijs incumbis, & litterarum culturam adhibes, experientia comprobas, te planè dedecus depellere velle, neq; in ſucceſſione ad te delapſa, gloriæ vmbra delitefcendo, ſed æquis paſſibus patrem ſequendo, ex carceribus plenis ſudore ſoluentem, ad metam ſolidiſſimæ laudis vitam inſtituere. Qua quidem in re habes Paulum Chriſtinum, qui tuæ iuuentutis formator datus eſt, qui te omni ſcientia inſtruere poteſt, & nactus genitorẽ qui domeſticis exemplis augere poteſt, à cuius non ſubitò nata, ſed labore & multo puluere parta nobilitate, degenerare te, aut, quod abſit audire (*Haud paternum iſtud dediſti*) nefas eſt. Hiſce autem generoſis

tuis conatibus, si quod adminiculum adferre potero ijs studijs, quę amare te video, efficiam vt nusquam meam operam fidem, vel industriam ad altiùs euolandum, defuisse dicas. Vale. Dolæ. Ex Collegio humaniorum studiorum. IX. Cal. Aug. CIↃ. IↃ. LXXXII.

Anatolio Cherunnero.

ET hoc in fatis erat, vt secundò Italiam ingrediens, fatis penè concederem: Romam tamen nō viderem. Mediolanum vt veni equum vectorem meum militi Hispano vendidi. Petrus Sordetus ferrariam perrexit, mercaturam facturus. Ego proposita honesta conditione Taurinū inuitatus sum. Eò, vt veni, corpore languere cœpi, fortè ob aëris insolētiam. Et anni tempus dehortabatur Apenninos transcendere, imprimis

non

non ſatis firma valetudine. Cæterùm cùm rei euentus non reſpōderet pactorum conuentioni, corporis inualetudinē ſecutus eſt animi veternus. In Academia erat publicarum lectionum intermiſſio, propter æſtiuos calores. Ex Medicis alij, mittendum ſanguinem, alij emollietibus vtendū medicamentis cenſebant: omnia demum ad Laſanum & Cœnophorum ſpectare videbam. & quod caput erat mali, verebar ne alui deiectionē ſequeretur loculorum euacuatio: id quod cum mea argentaria minimè conueniebat. Cœpi inire rationem vt Vercellas migrarē, eius cæli benignitatem ad ſanitatem conciliaturus, & ad eam ciuitatem ſecundo Pado, vt proximè id flumen ferebat acceſſi: neque me fefellit augurium: nā poſt paucos dies, quibus illic cōmoratus ſum, diſcuſſo ſimul animi & corporis morbo, & præpoſita cauſa

valetudinis extracta est Romam profectio, & meritorio vsus equo, Gabilonem veni. Hîc reliquam æstatem, & fortè hiememem agere cogito. Interea de omnibus rebus, quæ Dolæ aguntur, ad me perscribe, & quem sermonem populo dedimus: tuis enim litteris talem fidem adijciam, qualẽ erga te meam semper expertus es. Nunquam non Dolæ est serij aliquid vel ioci. Hoc quidquid est, ne fortè nihil scribas, scribe tamen, vt mihi quoque scribendi suppedites argumentum. Belnam visere meditor. Hoc te dicere audio, vt præstantioris vini mustum bibas proxima vendemia. Haud quaquam, tametsi id magnifacere soleant Belgæ. Si dicas me eam profectionem instituere, vt ficedulis vescar autumnalibus & lardatis, priusquam colorem mutent, & nomẽ (vt Plinius refert,) non pugno. posoto & Malleto, qui & Munerius

ſus dicitur, de me ſalutem dicito. Vale. Cabilone. CIↃ. IↃ. LXXXIII.

ABRAHAMO LACETINO.

CVm me ad reſpondendum tuis litteris compoſuiſſem, in procinctu ſtylum abieci, indignum ratus in argumento ſaltatorio operam tempúsque terere, qui in hac militia nulla ſtipendia fecerim. Mihi ſuper ea re ſatis diſputatum videtur tunc, cùm vnâ eramus, vbi ille peregrinæ religionis concionator, tripudiabũdi adoleſcentis acriter barbam vellit, quia in ſocietatem reformatorum (niſi malis deformatorum) ſuum nomendare noluit, niſi permiſſa tripudiorum, quibus delectabatur, licentia. Ille contra animi anxius, iuuenem tum blandimentis, tum elogio ſacrarum litterarum, abiurata ſaltatione, in ſuum gregem trahere nitebatur, ſem-

ſemper hoc Gallicum occinens, *A-pres la panſe, vient la danſe*: Ederunt & biberunt & ſurrexerunt ludere. addens id ipſum inuentum eſſe diaboli, Moyſe in monte Sinay ſuſcipiēdis legibus impedito. Et fortè eò magis inſtabat, ne parum in ſententia ſtare probaretur, qui magnis clamoribus è loco concionatorio, multùm iræ in nos Catholicos euomens, pridiè omnes choragos & choreas exercentes damnatos diris infernalibus & Sathanæ deuouerat. Tu ex me audire vis quid de hoc ſẽtiam; & arbitrium exſpectas. Quod non libenter facio: extorſiſti, & ne nihil ſcribendo eam ſpem quam de me concepiſti, abijcere videar, ſcribam quod in mentem venit. Ille damnat choreas, ego non laudo; eas ſanè quibus vulgo vtimur: quia nullæ frequentantur, quæ non habeant magnum leuitatis indicium, & plerę-

que

que inhonestæ voluptatis incendium. Neque olim Romana grauitas saltationem extra vitium habuit, neque visa est in vrbe, nisi circa ea tempora, quibus Resp. interijt luxu, auaritia & crudelitate. Cicero Murenæ causam agens, saltationem nominat comitem extremarum & multatum deliciarum: Marcus enim Cato accusator, vituperaturus designatum consulem, graue vituperium putauit esse, vocando eum saltatorem, Quod cùm Cicero nullo pacto valeret diluere, ad eius peccati exprobationem magna erubescentia laborãdo pro cliente, hoc non refellit: sed in Catonem insurgit, eum arguẽdo, quòd ex triuio scurrarum arrepto cõuicio, Consulem populi Romani saltatorem appellasset. Adeò homo Ethnicus, hoc opprobrium noluit purgare, nec sua facundia minus indecorum facere studuit, aut indulgen-

gentia extenuare facti mollitiem. Sed tanquam falsó óbiectum & incredibile conuicium homini seuero iudicum animis eius suspicionem euellere nititur. *Nemo*, inquit, *ferè saltat sobrius, nisi forte insanit, neque in solitudine, neque in conuiuio moderato atque honesto.* Et cùm saltationem nō esse vitium, defendere eum pigeret, Catonem reprehendit; quòd vitiorum extremum arripuisset, omissis alijs quorum saltatio solet esse comes: hoc efficiens, vt si in Muræna, commessatio, libido, amor, luxuria, non inueniantur, omnino falsum sit, eum tripudiatorem esse, vel prædictorum peccatorum in eo vmbrā deprehendi posse. Ego quoque memini cùm apud Franciscum Bonomium Vercellarum Episcopum agerem (quem virum semper, vt debeo, honoris causa nomino,) grauibus interdictis eum cauisse, nequis in ea ciuitate, in

com-

compitis aut domi, apertis fenestris ædium, in publicum spectantibus, choreas institueret, cuiusuis conuiuij aut nuptiarũ velamine, alioquin præuaricatores anathemate feriendos, & tanquam scabiosas pecudes è numero Christianorum exterminãdos. Et sanè hoc Gallicũ dictum planè est consonum Ciceronis sententiæ; *Nemo sobrius*, inquit, *saltat, nisi insanit*: sed post libidines, commessationes, & crapulas, suprema solet esse luxuriæ & deliciarum ministra saltatio, quam visus frequens horum temporum apud Christianos, nunquam exemptam vitiorum generi, virtutibus inseruit, tametsi vtriusque ordinis & sexus homines, leuissimè & omni ferè tempore saltare videamus. Haud me latet nonnullos ex Interpretibus Iuris Pontificij securitatem conscientiæ tripudiatoribus talem dedisse, si tempore congruo & lo-

loco id facerent, & cum ijs a quibus offendiculum non promanet, si iusto modo & bono proposito & ad extremum raro fiat. quid enim hoc aliud est dicere, quàm, Thermas intra, modò non sudes. Credo quidem quod omnes hæ tripudij leges, sua ratione vitij pondus & obscœnitatẽ extenuent aut grauent: sed leuitatis indecentiam nullo pacto tollere possunt, nisi prorsus ex instituto, & ad Dei honorem, ad restim prehensam incedendo & Hymnum cantando, chorea agatur. Hoc enim pacto Maria, soror Aarõ assumptis Hebræis mulieribus, populo Dei, cruentis persecutoris regis elapso per miraculum manibus in seruitutem asserentis, choreas duxit, voce ad tympanũ accommodata & præcinendo, *Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem eius deiecit in mare.* Cæterùm hic chorus, scor-

ſeorſum ad Dei honorem inſtitutus à mulieribus abſque viris, quidnam habet commune cum noſtra ſaltatione, qua viri cum mulieribus & puellis ſaltant, & talos ad numerum mouent, ſubſequente obſcœna voce, leuiter & libidinoſè ſe mouentis mulierculæ & tanquam ad popyſma inuitantis? Quin ſæpenumero ad certa ſigna velut in Sabinarum raptu contigit, proteruè & laſciuè in oſcula ruunt, quæ etiam protenſo ore aut mala, à maritis & virginibus excipi, noſtri mores non modò tolerant, ſed negligentes vel abnuentes inciuilitatis & ruſticitatis arguunt. In quo genere nuſquam liberiùs quàm in Franco-gallia peccatur. Demea apud Terentium in Adelphis, indignè ferens nimiam fratris in tolerandis filij adoptiui flagitijs, indulgentiam. *Vt video*, inquit, *tuam ineptiam inter eas reſtim ducens, ſaltabis.* *Hei*

mi-

mihi non te pudet? Minùs tamen assẽtior doctori asserenti choream esse Diaboli inuentionem: quin potiùs iudico, ad Dei omnipotentis gloriã, eiúsque laudes celebrandas à populo Hebræo & fortè Moyse auctore repertam. Etenim multo tempore, antequam conflatus vitulus adoraretur, Moyses & viri stirpis Israëliticæ conuenientes ad choream, præcinente Moyse carmen hoc cantando, dixerunt; *Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est*. Ad cuius exemplum, & ad eadem sacra, Maria eius soror, facta mulierum corona, eundem hymnum ad tympani sonũ pari concentu decantauit. Itaque non dubium, quin Diabolus, qui in vitulum transferri studuit diuinos honores, eò dementiæ adduxit populum, vt per Idololatriam, eo more quo in publica lætitia, ad Dei gloriã fieri viderat, conflatum vitulum, Deum

Deum ſalutauerit, & ſaltatione, facto choro, adorauerit. Quippe formato vitulo confeſtim communi voce populi eſt proclamatum. Hi ſunt dij tui Iſraël, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Quod cùm vidiſſet Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit, *Cras ſolemnitas Domini eſt. ſurgentéſque mâne obtulerunt holocauſta & hoſtias pacificas illi vitulo, & ſurrexerunt ludere.* Rurſum poſt occiſum Goliath gigantem, mulieres de cũctis vrbibus Paleſtinæ, choros ducentes, obuiam venerunt Sauli, commune gaudium proteſtatę, ludentes & dicentes; *Percuſsit Saul mille, Dauid decem millia.* Quin & Dauid ſaltauit, & percuſſit organis, & cum eo ſeptẽ chori, quando reducta eſt arca Domini. Et Numa Pompilius (qui ſacrorum in primis rationem habuit) Martis ſacerdotes cum modulata ſaltatione

ne ſacrificare inſtituit, vnde ſũt dicti Salij, quod tangit Horatius. IV. Od. I.
In morem Salium ter quatient humum.
Miſtis carminibus non ſine fiſtula.

Vnde conficitur quòd chorea priſcis temporibus habita eſt ad teſtationem publicæ gratulationis, vt vno ore populi, aliquod beneficium Dei celebraretur, nullo comite mulierum cum virorum cœtu: ad libidinem verò nunquam, niſi in peius vergentibus hominum moribus, deſciſente à recta ratione vitioſa natura & agnina ſimplicitate in hircinam deſinente laſciuiam. Proinde prouocatus illecebroſa ſaltatione filię Herodiadis, aſtipulante Cerere & Baccho, Herodes, petenti puellæ donauit caput Ioannis Baptiſtæ. Adeo nihil eſt tam ſanctum, quod in hominum perniciem non peruertat diabolus, vt hoc tempore nulla ſuperſit chorea, in qua Dei viuentis laus prædi-

dicetur, ſed Comus intempeſtiuarũ commeſſationum præſes, vinolentis & prurientibus cantilenis & ſaltibus, permixtis puellis adoleſcentibus, maritis & viduis, matribus, patribus & filiabus, nullo ætatis, ſexus aut ordinis diſcrimine, vt arietes cornibus geſtiunt. Tu nunc, mi Lacetine, vide in quem arbitrũ compromiſeris, an mulctam vis perſoluere, an ſtare meo arbitratui ex compromiſſo quem diſceptatorem ſemel elegeris? Neque me incuſes, vel Leſbium expectes iudicium, quia fortè me inmixtum paribus hilariter inſanientem vidiſti, & puellam in orbem ducendo ſaltuatim huic luſui locum dediſſe aliquando. Neque enim conſultus ſum an nunquam ſaltauerim, ſed quid planè de tripudijs iudicarem: & cuncta laudare quæ agis, hominis eſt pertinaciter obſtinati aut nimiùm ſibi blandientis

Va-

Vale. Cabilione. CIↃ. IↃ. LXXXIII.

ARNOLDO CVSARDO

CVm omnia mea tibi nota facere consueuerim, indignum vetere nostra amicitia & familiari coniunctione esse iudicaui, si dicam, me tantis distrahi occupationibus, vt tuis literis respondendi sublata sit facultas: officijs enim vincere potiùs, quã beneuolentia superari ad te, iucundius esse existimaui. Itaque vt desiderio tuo accommodem, & verbis cõfirmem quod in lectionibus Petri Messiæ legisse te ais, dicam quod didici à fide dignis ciuibus Lucernensibus. In ea legatione, qua functus est Franciscus Bonomius Vercellarum Episcopus, cuius & me voluit esse domesticum testẽ, apud Heluetios, Alpibus trascensis, primùm Vriam veni

venimus (quod oppidum Altorf vocatur) post solis occasum occurrente magistratu accēsis luminibus. Altero die per lacum Lucernensem, nauigio Lucernam siue Luceriam. Legatus abs Patribus Societatis Iesu hospitio susceptus est cum duobus suis cubicularijs. Collegium horum Sacerdotum est in ædificio magnificentissimo, quondam exstructo à quodam ciue Lucernensi, præfecto Satellitij Pontificis Romani, quadratis porticubus in sublime sublatis supra lacum, quem cingunt vndique eminentissimæ rupes & præcipitia montium, & qua vrbem influit, longissimo ponte oppidi latera iungit vsque ad Ecclesiam Collegialē Canonicorum. Mihi hîc obambulanti & in lacum prospicienti accessit ciuis Lucerinus, qui cernens me delectari intuitu vasti lacus & obiectariū vtrinque Alpium, ostendit inde ru-

pem impendentem oppido, vltra quam dixit esse montem & lacum Pilati. Quo audito, ego in stuporem raptus, rogaui vti vera narraret & nõ figmenta. Seriò, ait, sic nominari lacum, à plerísque notum & à maioribus per multa tempora traditum & creditum ibi esse submersum vel definita damnatione diuina esse Pilatum. Et quamuis vix sit credibile, vsu tamen sæpius esse exploratũ, si quis proteruè in eum iaciat lapidem vel lignum, subitò tantam excitari tempestatem, vt hominibus tantæ offundantur tenebræ, vt se mutuo non videant aliquot horas, greges autẽ dispergantur & sata prosternantur. Quapropter grauibus pœnis esse interdictum, ne quis tentet vel proijciat in eum lacũ saxũ aliquod: & ne id fiat, ait custodiam adhibitã. Hoc est quod postea à pluribus ciuibus, communique populi sermone audi-
ui

ui affirmari, sępius eam tempestatem accidisse ex huiusmodi lapidis iniectione. Quidam ex his qui in familia & comitatu erant Legati (quem honoris causa nomino) cupiditate rei visendæ nouæ, eum montem ascendere planè desiderabant, sed propter asperitatem & salebras & pręcipitia, & imminentia pericula, auctores historiæ dissuadebant, & inhibuit is cui parebamus. Hoc est, mi Cusarde, quod exploratum habeo de lacu Pilati. Sed quoniam te auidum rerũ externarum video, addam aliud, de quo non sum interpellatus. Offendimus hîc virum annis multis obsitum, venerabilem, lecto decumbentem, qui cùm propter senium efferri ad templum amplius non posset, diebus Dominicis ascito sacerdote, domi Missam celebrari sibi curabat. Quod postquam ad aures Episcopi peruenisset, non probauit tam fre-

quens priuatum Missæ sacrificium. Ille contrà indignatione accensus, omnino, non obstantibus quibusuis inhibitionibus, asseuerauit se à more non destituturum. Ego, inquit, qui in acie tot hæreticos straui, in eo bello quo Zvvinglius armatus perijt, & capitis mei periculo missam & B. Mariæ Virginis decus & honorem defendi, nunc missa carebo? En gladius, qui ad parietem iuxta lectum meum pendet, quo occidi omnes hostes, qui recusabant dicere AVE MARIA. Non procul extra muros eius ciuitatis est nobis monstratus campus, vbi Leopoldus cum exercitu ab Lucerinis cæsus est. Vale. Dola. Pridie Calen. Septembr.

PE

PETRO TIBALDO.

DE Apostasia eius nostri communis amici magnopere doleo. Te autem non odi, sed vehemẽter me perturbat, eius inconstantiam tantùm apud te valere, vt huius caussa & consilio ex castris Catholicæ religionis, ad signa Caluinistarum trãsferre te non erubescas; & Missam damnare leuitate noua, quæ cum incunabulis Christianæ fidei, & per omnium priscorum & maiorum scripta & acta nobis in Ecclesia est tradita, Ille cùm sordes suæ libidinis nõ pateretur elui, & se sua spe excidisse cerneret, planè bonam mentem exsuit, eíque perire satius est, quàm veritatem agnitam resumere. Ad te itaque reuertor, qui homini perdito plus tribuis, quàm doctrinæ tot seculis confirmatæ. Non agam tecum

Amico innominato.

OBtundis sæpiùs postulando scire te velle, quid sentiam de tua concione ad populum habita, & ad quam multò antè tempore meditatum venisse te dicis. Quia nihil in re præsenti respondi interrogatus, succenses: nunc verum scribenti, obtestor ne irascaris, aut ad contumeliã vertas, si ad orationem tuam, neutiquam adhinniendo, censeam, & non assentiam: & cùm vocalem cælauerim, tabellarem feram sententiam. Consulebã cùm ex schola nostra migrabas, non anteà in sacerdotem te adoptandum dares, quàm ex ingenio quoque migrasses. Vigintiquatuor annorum creandis sacerdotibus tempus non posse quibuslibet decerni: ideóque monui vt te dares in Collegium Theologorum Louanien-

forte reas faciunt & amant: & qui nimium multis, Non amo, dicit, amat. Disce abs doctore gentium scribente ad Timotheum & Titũ, quanta prudentia & sobrietate sermonis, is sexus sit instruendus. Vale. Dola. Nonis Iunij. CIↃ. IↃ. LXXXIV.

Amico innominato.

DVo in me culpas, non clam, sed palam; vnum, me sectæ Philosophorũ iniuriam facere, quòd hac ætate (quæ viginti vix sex annorum est) non veritus sum cathedram ascendere; alterũ, quòd seueritas, quæ Philosophum decet, absit meis moribus. Si dice præside, mihi tecum certãdum foret, & crimen criminatione refellendum, de multò pluribus, non à me, sed à viris prudentibus accusaris; sed ego clauum clauo

ne ſacrificare inſtituit, vnde ſũt dicti Salij, quod tangit Horatius. IV. Od. I.
In morem Salium ter quatient humum.
Miſtis carminibus non ſine fiſtula.

Vnde conficitur quòd chorea priſcis temporibus habita eſt ad teſtationem publicæ gratulationis, vt vno ore populi, aliquod beneficium Dei celebraretur, nullo comite mulierum cum virorum cœtu: ad libidinem verò nunquam, niſi in peius vergentibus hominum moribus, deſciſente à recta ratione vitioſa natura & agnina ſimplicitate in hircinam deſinente laſciuiam. Proinde prouocatus illecebroſa ſaltatione filię Herodiadis, aſtipulante Cerere & Baccho, Herodes, petenti puellæ donauit caput Ioannis Baptiſtæ. Adeo nihil eſt tam ſanctum, quod in hominum perniciem non peruertat diabolus, vt hoc tempore nulla ſuperſit chorea, in qua Dei viuentis laus prædi-

dicetur, ſed Comus intempeſtiuarũ commeſſationum præſes, vinolentis & prurientibus cantilenis & ſaltibus, permixtis puellis adoleſcentibus, maritis & viduis, matribus, patribus & filiabus, nullo ætatis, ſexus aut ordinis diſcrimine, vt arietes cornibus geſtiunt. Tu nunc, mi Lacetine, vide in quem arbitrũ compromiſeris, an mulctam vis perſoluere, an ſtare meo arbitratui ex compromiſſo quem diſceptatorem ſemel elegeris? Neque me incuſes, vel Leſbium expectes iudicium, quia fortè me inmixtum paribus hilariter inſanientem vidiſti, & puellam in orbem ducendo ſaltuatim huic luſui locum dediſſe aliquando. Neque enim conſultus ſum an nunquam ſaltauerim, ſed quid planè de tripudijs iudicarem: & cuncta laudare quæ agis, hominis eſt pertinaciter obſtinati aut nimium ſibi blandientis

Va-

Vale. Cabilione. CIↃ. IↃ. LXXXIII.

ARNOLDO CVSARDO

CVm omnia mea tibi nota facere consueuerim, indignum vetere nostra amicitia & familiari coniunctione esse iudicaui, si dicam, me tantis distrahi occupationibus, vt tuis literis respondendi sublata sit facultas: officijs enim vincere potiùs, quã beneuolentia superari ad te, iucundius esse existimaui. Itaque vt desiderio tuo accommodem, & verbis cõfirmem quod in lectionibus Petri Messiæ legisse te ais, dicam quod didici à fide dignis ciuibus Lucernensibus. In ea legatione, qua functus est Franciscus Bonomius Vercellarum Episcopus, cuius & me voluit esse domesticum testẽ, apud Heluetios, Alpibus trascensis, primùm Vriam veni

venimus (quod oppidum Altorf vocatur) post solis occasum occurrente magistratu accẽsis luminibus. Altero die per lacum Lucernensem, nauigio Lucernam siue Luceriam. Legatus abs Patribus Societatis Iesu hospitio susceptus est cum duobus suis cubicularijs. Collegium horum Sacerdotum est in ædificio magnificentissimo, quondam exstructo à quodam ciue Lucernensi, præfecto Satellitij Pontificis Romani, quadratis porticubus in sublime sublatis supra lacum, quem cingunt vndique eminentissimæ rupes & præcipitia montium, & qua vrbem influit, longissimo ponte oppidi latera iungit vsque ad Ecclesiam Collegialẽ Canonicorum. Mihi hîc obambulanti & in lacum prospicienti accessit ciuis Lucerinus, qui cernens me delectari intuitu vasti lacus & obiectariũ vtrinque Alpium, ostendit inde ru-

pem impendentem oppido, vltra quam dixit esse montem & lacum Pilati. Quo audito, ego in stuporem raptus, rogaui vti vera narraret & nō figmenta. Seriò, ait, sic nominari lacum, à plerísque notum & à maioribus per multa tempora traditum & creditum ibi esse submersum vel definita damnatione diuina esse Pilatum. Et quamuis vix sit credibile, vsu tamen sæpius esse exploratū, si quis proteruè in eum iaciat lapidem vel lignum, subitò tantam excitari tempestatem, vt hominibus tantæ offundantur tenebræ, vt se mutuo non videant aliquot horas, greges autē dispergantur & sata prosternantur. Quapropter grauibus pœnis esse interdictum, ne quis tentet vel proijciat in eum lacū saxū aliquod: & ne id fiat, ait custodiam adhibitā. Hoc est quod postea à pluribus ciuibus, communique populi sermone audiui

ui affirmari, ſępius eam tempeſtatem accidiſſe ex huiuſmodi lapidis iniectione. Quidam ex his qui in familia & comitatu erant Legati (quem honoris cauſa nomino) cupiditate rei viſendæ nouæ, eum montem aſcendere planè deſiderabant, ſed propter aſperitatem & ſalebras & pręcipitia, & imminentia pericula, auctores hiſtoriæ diſſuadebant, & inhibuit is cui parebamus. Hoc eſt, mi Cuſarde, quod exploratum habeo de lacu Pilati. Sed quoniam te auidum rerũ externarum video, addam aliud, de quo non ſum interpellatus. Offendimus hîc virum annis multis obſitum, venerabilem, lecto decumbentem, qui cùm propter ſenium efferri ad templum amplius non poſſet, diebus Dominicis aſcito ſacerdote, domi Miſſam celebrari ſibi curabat. Quod poſtquam ad aures Epiſcopi perueniſſet, non probauit tam fre-

quens priuatum Missæ sacrificium. Ille contrà indignatione accensus, omnino, non obstantibus quibusuis inhibitionibus, asseuerauit se à more non destituturum. Ego, inquit, qui in acie tot hæreticos straui, in eo bello quo Zvvinglius armatus perijt, & capitis mei periculo missam & B. Mariæ Virginis decus & honorem defendi, nunc missa carebo? En gladius, qui ad parietem iuxta lectum meum pendet, quo occidi omnes hostes, qui recusabant dicere AVE MARIA. Non procul extra muros eius ciuitatis est nobis monstratus campus, vbi Leopoldus cum exercitu ab Lucerinis cæsus est. Vale. Dolæ. Pridie Calen. Septembr.

PE

PETRO TIBALDO.

DE Apoſtaſia eius noſtri communis amici magnopere doleo. Te autem non odi, ſed vehemẽter me perturbat, eius inconſtantiam tantum apud te valere, vt huius cauſa & conſilio ex caſtris Catholicæ religionis, ad ſigna Caluiniſtarum trãſferre te non erubeſcas; & Miſſam damnare leuitate noua, quæ cum incunabulis Chriſtianæ fidei, & per omnium priſcorum & maiorum ſcripta & acta nobis in Eccleſia eſt tradita, Ille cùm ſordes ſuæ libidinis nõ pateretur elui, & ſe ſua ſpe excidiſſe cerneret, planè bonam mentem exſuit, eíque perire ſatius eſt, quàm veritatem agnitam reſumere. Ad te itaque reuertor, qui homini perdito plus tribuis, quàm doctrinæ tot ſeculis confirmatæ. Non agam tecum

Theologicè; hoc tantùm rogo, vt qua fiducia nixus à ſoliditate Chriſtianę Religionis abieris ad nouas fabulas & commenta ab vno Caluino in orbem ſparſa. Reſpice noſtrum Idioma, conſidera annales, & immemorabili tempore per Miſſam deſtincta tempora. Si nouas reperiſti res, expunctis veteribus, adde nobis nouum idioma. Velis nolis tibi Flandricè loquenti dicendum eſt pro feſto die *Meſſedach*, *Kerſmeſſe*, *Baefmeſſe*. *Sint Ianſmeſſe*. *Sinte Martins Meſſe*. *Kerckmeſſe*. Vide nunc quomodo à Miſſa pleraque feſta ſunt denominata & anni ſtata tempora, & non alio nomine quàm per Miſſam explicata. *Meſdach*, dies Miſſæ; *Kerſmeſſe*, Chriſti miſſa, id eſt feſtum natalis, *Baefmeſſe*, Bauonis miſſa, id eſt feſtum Bauonis; *Sint Ianſmeſſe*, id eſt S. Ioannis Miſſa, vel feſtum quo Miſſa fit ſub honore S. Ioannis. Audi nũc

tot

tot ciuitates, oppida, pagos à ſanctis viris, à mille annis aut amplius, quæ ſuum ſunt ſortitæ nomen, inter quæ *S. Omarum, S. VVinoxberghen, S. Adrianum, S. Nicolas, S. Amand.* Num maiores noſtros, à quibus Chriſtiana fides ad nos venit, deliraſſe putabimus? An potiùs dicemus illos ipſos per traditiones, & Apoſtolorum pręcepta gradatim accepta fidei documenta & ſacrificia nobis reliquiſſe imitanda? Cur vnum malum præuaricatorem Iudam tibi proponis imitandum, neglectis cæteris Apoſtolis. Rogo te itaque, ne pergas inſanire, recenter excitatis erroribus, ſed reuértere ad præſepe & caulam Chriſti, ſi te & me amas Vale. Cabilone. CIↃ. IↃ. LXXXIII.

ſorte reas faciunt & amant: & qui nimium multis, Non amo, dicit, amat. Diſce abs doctore gentium ſcribente ad Timotheum & Titũ, quanta prudentia & ſobrietate ſermonis, is ſexus ſit inſtruendus. Vale. Dola. Nonis Iunij. CIↃ. IↃ. LXXXIV.

Amico innominato.

DVo in me culpas, non clam, ſed palam; vnum, me ſectæ Philoſophorũ iniuriam facere, quòd hac ætate (quæ viginti vix ſex annorum eſt) non veritus ſum cathedram aſcendere; alterũ, quòd ſeueritas, quæ Philoſophum decet, abſit meis moribus. Si dice præſide, mihi tecum certãdum foret, & crimen criminatione refellendum, de multò pluribus, non à me, ſed à viris prudentibus accuſaris; ſed ego clauum clauo

pellere nolo, neq; telum telo retundere. Summo iure in me agis, & maledictis lacessis. Si me dicentem ex suggesto audisti, & cõuersatione nosti, scire potes quàm non insideat bos meæ linguæ, præcipuè cùm à tui Ordinis hominibus stomachosis, & otiosis, & sola arte captandorum sacerdotiorum instructis, infestor fastidiosè, cui otium vix vllum vnquam fuit otiosum. Si barba facit Philosophum, & cucullus monachum, vterque nostrum est quod audit. fateor me ætatis veniam non suplicâsse. nostrum porrò institutum non tam est Philosophum agere, quàm eam Humanitatis partem Iuuentuti explicare, quæ mihi abs amplissimo ciuitatis Bisontinæ senatu est mandata, pro consuetudine eius loci, quem eius auctoritate teneo. Veteres Philosophi summam beatitudinem & sapiẽtiam assequi se posse confidebant ex

niensium, doctrina & moribus recoquendum. aut si parentes tui sumptus detraherent, alicui viro pietate & doctrina famoso adhæreres, idque tantisper faceres donec continentiæ & modestię, & experientię fructibus instructus, facta tui ipsius probatione, exploratè ad eum ordinem capessēdum accederes, futurus sal terræ, quo hominum animæ condiūtur de quarum salute seuerissimus Iudex calculū efflagitabit, si insipidus fueris. Sed ad rem veniamus. Tu egregiè in mulieres debacchatus es, sumpto argumenti exordio, ex importunitate matris filiorum Zebedæi. Apud Areopagitas causam dicens, siquis procemio conciliatis extrinsecus verborum aut rerum illecebris & commentis, ad percellendos Iudicum animos vtebatur, præco ei silentium indicebat. tibi verò vniuersum muliebrem sexum intempestiua

concione laceranti, nullus tam amicus fuit qui per famulum hortaretur te mitiùs agere, vel quauis occasionis simulatione, te admoneret vt desineres paucarum diffundere crimen in omnes. Metuebam ne eò abiret tuus sermo, vt mulieres neutiquam homines diceres, aut certè monstrū aliquod naturæ: adeò nihil sacrorum & profanorum scriptorum omisisti, quod in eius sexus odium iure vel iniuria dictum est. Amare te fœminas, castitatis emissum votum prohibet; odisse vetat Christiana pietas; probris & conuitijs vniuersas insectari in concione, prudentis esse nemo vnquam dixit. Si id pro ludo habes, stultè facis: si ad istius continentiæ tuæ futuræ probationem putas pertinere, non planè persuades, cùm frequenter accidat, impudicorū amorum sectatores, nihil non in fœminarum genus contumeliç euomere, qui

fortè

& mei ſtudioſos viros, tua criminatione teipſum leuitatis & imprudẽtiæ accuſationi ſubijcere, & ſine pręiudicio aliquo, tale de me, tibi incognito, ferre iudicium: quem ſatius eſſet, emiſſi promiſſi, ſequendo profeſſionem, monaſterio clauſum, aures quoque fictis maledictis præcludere, & fungendo officij tui partibus Deum orare pro me & mei ſimilib⁹, neque moleſtè ferre, me ad publicum munus vocatum acceſſiſſe, quẽ ſi iuuare non vis nec potes, ad gloriam virtute currentem, non moréris. Vale. Biſontio. Prid. Cal. April. CIƆ.IƆ.LXXX.

NO-

Theologicè; hoc tantùm rogo, vt qua fiducia nixus à soliditate Christianę Religionis abieris ad nouas fabulas & commenta ab vno Caluino in orbem sparsa. Respice nostrum Idioma, considera annales, & immemorabili tempore per Missam destincta tempora. Si nouas reperisti res, expunctis veteribus, adde nobis nouum idioma. Velis nolis tibi Flandricè loquenti dicendum est pro festo die *Messedach*, *Kersmesse*, *Baefmesse*. *Sint Iansmesse*. *Sinte Martins Messe*. *Kerckmesse*. Vide nunc quomodo à Missa pleraque festa sunt denominata & anni stata tempora, & non alio nomine quàm per Missam explicata. *Mesdach*, dies Missæ; *Kersmesse*, Christi missa, id est festum natalis, B*aefmesse*, Bauonis missa, id est festum Bauonis; *Sint Iansmesse*, id est S. Ioannis Missa, vel festum quo Missa fit sub honore S. Ioannis. Audi nũc

tot

tot ciuitates, oppida, pagos à ſanctis viris, à mille annis aut amplius, quæ ſuum ſunt ſortitæ nomen, inter quæ *S. Omarum, S. VVinoxberghen, S. Adrianum, S. Nicolaus, S. Amand.* Num maiores noſtros, à quibus Chriſtiana fides ad nos venit, deliraſſe putabimus? An potiùs dicemus illos ipſos per traditiones, & Apoſtolorum pręcepta gradatim accepta fidei documenta & ſacrificia nobis reliquiſſe imitanda? Cur vnum malum præuaricatorem Iudam tibi proponis imitandum, neglectis cæteris Apoſtolis. Rogo te itaque, nè pergas inſanire, recenter excitatis erroribus, ſed reuértere ad præſepe & caulam Chriſti, ſi te & me amas Vale. Cabilone. CIↃ. IↃ. LXXXIII.

forte reas faciunt & amant: & qui nimium multis, Non amo, dicit, amat. Disce abs doctore gentium scribente ad Timotheum & Titũ, quanta prudentia & sobrietate sermonis, is sexus sit instruendus. Vale. Dola. Nonis Iunij. CIↃ. IↃ. LXXXIV.

Amico innominato.

DVo in me culpas, non clam, sed palam; vnum, me sectæ Philosophorũ iniuriam facere, quòd hac ætate (quæ viginti vix sex annorum est) non veritus sum cathedram ascendere; alterũ, quòd seueritas, quæ Philosophum decet, absit meis moribus. Si dice præside, mihi tecum certãdum foret, & crimen criminatione refellendum, de multò pluribus, non à me, sed à viris prudentibus accusaris; sed ego clauum clauo

nienſium, doctrina & moribus recoquendum. aut ſi parentes tui ſumptus detraherent, alicui viro pietate & doctrina famoſo adhæreres, idque tantiſper faceres donec continentiæ & modeſtię, & experientię fructibus inſtructus, facta tui ipſius probatione, explorate ad eum ordinem capeſſẽdum accederes, futurus ſal terræ, quo hominum animæ condiũtur de quarum ſalute ſeueriſſimus Iudex calculũ efflagitabit, ſi inſipidus fueris. Sed ad rem veniamus. Tu egregie in mulieres debacchatus es, ſumpto argumenti exordio, ex importunitate matris filiorum Zebedæi. Apud Areopagitas cauſam dicens, ſiquis procœmio conciliatis extrinſecus verborum aut rerum illecebris & commentis, ad percellendos Iudicum animos vtebatur, præco ei ſilentium indicebat. tibi verò vniuerſum muliebrem ſexum intempeſtiua

concione laceranti, nullus tam amicus fuit qui per famulum hortaretur te mitiùs agere, vel quauis occasionis ſimulatione, te admoneret vt deſineres paucarum diffundere crimen in omnes. Metuebam ne eò abiret tuus ſermo, vt mulieres neutiquam homines diceres, aut certè monſtrũ aliquod naturæ: adeò nihil ſacrorum & profanorum ſcriptorum omiſiſti, quod in eius ſexus odium iure vel iniuria dictum eſt. Amare te fœminas, caſtitatis emiſſum votum prohibet; odiſſe vetat Chriſtiana pietas; probris & conuitijs vniuerſas inſectari in concione, prudentis eſſe nemo vnquam dixit. Si id pro ludo habes, ſtultè facis: ſi ad iſtius continentiæ tuæ futuræ probationem putas pertinere, non planè perſuades, cùm frequenter accidat, impudicorũ amorum ſectatores, nihil non in fœminarum genus contumelię euomere, qui

fortè

& mei ſtudioſos viros, tua crimina-tione teipſum leuitatis & imprudē-tiæ accuſationi ſubijcere, & ſine prę-iudicio aliquo, tale de me, tibi inco-gnito, ferre iudicium: quem ſatius eſſet, emiſſi promiſſi, ſequendo pro-feſſionem, monaſterio clauſum, au-res quoque fictis maledictis præclu-dere, & fungendo officij tui partibus Deum orare pro me & mei ſimilib⁹, neque moleſtè ferre, me ad publi-cum munus vocatum acceſſiſſe, quē ſi iuuare non vis nec potes, ad glo-riam virtute currentem, non moré-ris. Vale. Biſontio. Prid. Cal. April. CIↃ.IↃ.LXXX.

NO-

quens priuatum Missæ sacrificium. Ille contrà indignatione accensus, omnino, non obstantibus quibusuis inhibitionibus, asseuerauit se à more non destituturum. Ego, inquit, qui in acie tot hæreticos straui, in eo bello quo Zvvinglius armatus perijt, & capitis mei periculo missam & B. Mariæ Virginis decus & honorem defendi, nunc missa carebo? En gladius, qui ad parietem iuxta lectum meum pendet, quo occidi omnes hostes, qui recusabant dicere AVE MARIA. Non procul extra muros eius ciuitatis est nobis monstratus campus, vbi Leopoldus cum exercitu ab Lucerinis cæsus est. Vale. Dola. Pridie Calen. Septembr.

PE

PETRO TIBALDO.

DE Apostasia eius nostri communis amici magnopere doleo. Te autem non odi, sed vehemẽter me perturbat, eius inconstantiam tantùm apud te valere, vt huius caussa & consilio ex castris Catholicæ religionis, ad signa Caluinistarum trãsferre te non erubescas, & Missam damnare leuitate noua, quæ cum incunabulis Christianæ fidei, & per omnium priscorum & maiorum scripta & acta nobis in Ecclesia est tradita, Ille cùm sordes suæ libidinis nõ pateretur elui, & se sua spe excidisse cerneret, planè bonam mentem exsuit, eíque perire satius est, quàm veritatem agnitam resumere. Ad te itaque reuertor, qui homini perdito plus tribuis, quàm doctrinæ tot seculis confirmatæ. Non agam tecum

Theologicè; hoc tantùm rogo, vt qua fiducia nixus à ſoliditate Chriſtianę Religionis àbieris ad nouas fabulas & commenta ab vno Caluino in orbem ſparſa. Reſpice noſtrum Idioma, conſidera annales, & immemorabili tempore per Miſſam deſtincta tempora. Si nouas reperiſti res, expunctis veteribus, adde nobis nouum idioma. Velis nolis tibi Flandricè loquenti dicendum eſt pro feſto die *Meſſedach*, *Kerſmeſſe*, *Baeſmeſſe. Sint Ianſmeſſe. Sinte Martins Meſſe. Kerckmeſſe.* Vide nunc quomodo à Miſſa pleraque feſta ſunt denominata & anni ſtata tempora, & non alio nomine quàm per Miſſam explicata. *Meſdach*, dies Miſſæ; *Kerſmeſſe,* Chriſti miſſa, id eſt feſtum natalis, B*aeſmeſſe*, Bauonis miſſa, id eſt feſtum Bauonis; *Sint Ianſmeſſe*, id eſt S. Ioannis Miſſa, vel feſtum quo Miſſa fit ſub honore S. Ioannis. Audi nũc

tot

tot ciuitates, oppida, pagos à sanctis viris, à mille annis aut amplius, quæ suum sunt sortitæ nomen, inter quæ *S. Omarum, S. VVinoxberghen, S. Adrianum, S. Nicolas, S. Amand.* Num maiores nostros, à quibus Christiana fides ad nos venit, delirasse putabimus? An potiùs dicemus illos ipsos per traditiones, & Apostolorum pręcepta gradatim accepta fidei documenta & sacrificia nobis reliquisse imitanda? Cur vnum malum præuaricatorem Iudam tibi proponis imitandum, neglectis cæteris Apostolis. Rogo te itaque, nè pergas insanire, recenter excitatis erroribus, sed reuértere ad præsepe & caulam Christi, si te & me amas Vale. Cabilone. CIↃ. IↃ. LXXXIII.

ſorte reas faciunt & amant: & qui nimium multis, Non amo, dicit, amat. Diſce abs doctore gentium ſcribente ad Timotheum & Titũ, quanta prudentia & ſobrietate ſermonis, is ſexus ſit inſtruendus. Vale. Dola. Nonis Iunij. CIↃ, IↃ. LXXXIV.

Amico innominato.

DVo in me culpas, non clam, ſed palam; vnum, me ſectæ Philoſophorũ iniuriam facere, quòd hac ætate (quæ viginti vix ſex annorum eſt) non veritus ſum cathedram aſcendere; alterũ, quòd ſeueritas, quæ Philoſophum decet, abſit meis moribus. Si dice præſide, mihi tecum certãdum foret, & crimen criminatione refellendum, de multò pluribus, non à me, ſed à viris prudentibus accuſaris; ſed ego clauum clauo

nienſium, doctrina & moribus recoquendum. aut ſi parentes tui ſumptus detraherent, alicui viro pietate & doctrina famoſo adhæreres, idque tantiſper faceres donec continentiæ & modeſtię, & experientię fructibus inſtructus, facta tui ipſius probatione, exploratè ad eum ordinem capeſſẽdum accederes, futurus ſal terræ, quo hominum animæ condiũtur de quarum ſalute ſeueriſſimus Iudex calculũ efflagitabit, ſi inſipidus fueris. Sed ad rem veniamus. Tu egregiè in mulieres debacchatus es, ſumpto argumenti exordio, ex importunitate matris filiorum Zebedæi. Apud Areopagitas cauſam dicens, ſiquis procœmio conciliatis extrinſecus verborum aut rerum illecebris & commentis, ad percellendos Iudicum animos vtebatur, præco ei ſilentium indicebat. tibi verò vniuerſum muliebrem ſexum intempeſtiua

& mei ſtudioſos viros, tua criminatione teipſum leuitatis & imprudẽtiæ accuſationi ſubijcere, & ſine pręiudicio aliquo, tale de me, tibi incognito, ferre iudicium: quem ſatius eſſet, emiſſi promiſſi, ſequendo profeſſionem, monaſterio clauſum, aures quoque fictis maledictis præcludere, & fungendo officij tui partibus Deum orare pro me & mei ſimilib⁹, neque moleſtè ferre, me ad publicum munus vocatum acceſſiſſe, quẽ ſi iuuare non vis nec potes, ad gloriam virtute currentem, non moréris. Vale. Biſontio. Prid. Cal. April. CIƆ.IƆ.LXXX.

Philoſophiæ humanæ præceptis. nos verò, qui Chriſtiano cenſemur nomine, id eſſe ſingulare Dei minus credimus, non naturæ inſitione vel ſtudiorum ardore adipiſcendũ. Hæc eſt autẽ Chriſtiana Philoſophia non quæ perpetuis altercationibus ſcholarum parietes diuerberat, quæ ſyderum vel ſtellarũ prognoſtica figmenta comminiſcitur: vel prægnantem faſtu mentem Phariſæorum fermento replet, conantium ſalutationes in foro & primos accubitus in conuiuio; ſed quæ à pijs hominibus in hominum turba non inuenta, in eremo eſt reperta: à diuitibus exploſa, in paupertate ſedet, procul à mũdi turbine, & ne opum ſpinis ſuffocetur, quietis ſolitudine vitam redemit, diuinis præceptis & Prophetarum elogijs vacando, charitatis oleo accẽſa lampade, Chriſtũ exſpectans ſponſum, ad omnem horam excubat, vt

cum

ferunt, vt tu ipſe noſti. Itaque qui dicunt Lillenſes & Duacenſes in Flandris non eſſe, ob ſermonis diſcrepantiam, illi ita errant, vt ſi Hannonios negent eſſe Belgas, vel Brabantos, quia non vno vtuntur idiomate. Imo & Arteſia & Bolonia & Ginenſis Principatus in Flandris numerati ſunt, eo tempore quo Flandria primò eſt Comitatus nomine appellata, cuius tres primi Principes ſepulti iacent Harlebecæ iuxta Cortracum, vt eorũ monumẽta & hiſtoriæ loquuntur. Tornacenſes vſq; ad Caroli Quinti Imperatoris tempora, auſpicia regum Franciæ ſunt ſequuti, donec poſt varia bella, optione eis data, Flandriæ ſe adſcripſerũt. Nunc ad originem erroris explicãdam, deſcendamus, & vnde factum quod pleræque merces, quæ ex Belgio ad exteras nationes exportantur, Flandricæ cenſentur: & qui ex lon-

longinqua regione in Belgiũ iter capiunt, in Flandriam proficiſci dicãtur. Hîc operæpretium eſt ſcire, Brugarum ciuitatem maiorum noſtrorum æuo, in Flandria emporium totius mũdi fuiſſe celeberrimum, prout ædium tam ſacrarum, quàm profanarum magnificentia, etiam nunc oſtentat, & variarum gentium nomine ac regnorum titulis inſcriptæ habitationes, ac palatia, admirando artificio ac ſumptu exſtructa. Hæc vrbs, globari forma clauſa, mœnibus ampliſſimis, ſuas exterarúmq; opes populóſque cùm non caperet, diuitiarum ac delitiarum affluẽs, ad proxima oppida, vt Damum, Sluſam, Oſtendam, Oudeburgum, Ardebergũ, Middelburgũm, demittebat ſuę fortunæ reliquias, in quibus adhuc exſtãt veteris luxus veſtigia. Brugas ergo cùm appellerent etiam ab extremis mundi oris mercatorés, ſola Flã-
dria

dria in toto Belgio nota fuit, propter eius vrbis celebritatem. At quidem in eo splẽdore fuerunt Brugæ, cæteráque vicina minora oppida, donec Maximilianus iniuriam vltus, eam rerum omnium affluentiam transtulit Antverpiam. De eo quod scriptum est ab Olao Magno, pace tanti viri, omnibus Belgis notum est, in Flãdria, nõ modò piscationem esse halecum, sed quæ in nostro mari capiuntur, Noruegis, Anglicis, Zelandicis longè sunt præstantiores ac suauioris gustus. Quin plebs Mardicæ, Blankembergæ, Neoporti ac Ostendæ, halecum piscationis quæstu familiã sustentat neque grauatim ferunt cæteri Belgij Maritimi populi, vt haleces, sic alios pisces, qui in mari Flãdrico capiuntur, præferri in delicatorum mensis. Cæterum halex extra elementum suum, viuus nõ cernitur. Sed statis anni temporibus, & autũnali

tia decernere, nisi amplius vis. Vale. Dola. Prid. Id. Martij. CIↃ. IↃ. LXXXII.

FRANCISCO BALLANTIO.

VEreor ne ira tua odium pariat. Exspectaui quod moræ beneficio, indignatio tua feruorem deponeret, sed video te consuetas salutationes omittere & beneuolentiæ officia rariùs præstare: occurris in cilices demisso capite, dicenti Aue, grauatim reddis vices. Hæc morum asperitas ad apertas inimicitias abire videtur. Mathias Balantius frater tuus à me sciscitatus tam inamœni fastidij causam, dixit, quòd te contemptum à me atque despectum ais, ideóq; me in amicorum numero ponendum minimè putas, qui controuersiæ amici noluerim suscipere arbitrium. Si non asperitudinem maio-

iorem extimescerem & ex scintilla ridicula, incendium iocularium metuerem, sanè ludo ludum trusissem. Sed, vt video, perturbaui omnia, quęrenda via, qua me expediam; consilium, quo me expurgem, quod vtiq; faciam, dum tibi morem geram, ne ridendo, quæ seriò te postulare intelligo, tibi sim molestus. Inter te & Claudium Vincentium liticula vertitur, vtrùm à te latinè dictum sit, Cãtata est MISSA. delegaui huic negotio doctorem Grammaticæ, cuius propria est hæc disputatio. Hoc, quod audio est, quod succenses, quia me definire vis. Priusquam dicam aliquid fixi ac decreti, planè sollicitor scire, vtrùm quæras de verbo [Missa] an de dictione [cantata]: percunctari tamen amplius & expectare, quid respondeas, non libet, ne cùm fœnore in me deferbeat tua indignatio. Ideo vtrumque excutiam. Missæ voca-

ca-

cabulum Romanum eſt, & Latinum ſanè, & ſi aduerſarius tuus id inficiatur, neget neceſſe eſt tempore Hieronymi, Auguſtini, Ambroſij, Prudentij, Lactantij, Romanum populum Latinè locutum. Dialecticorum ἀξίωμα eſt, Contra negantem principia, non eſt diſputandum: & manifeſtè veris, reluctanti, præcludendæ ſunt fores palæſtræ. Niſi aduerſarium tuum cenſeas nomine eorum hominum, qui nouo furore correpti, Remp. Chriſtianam perturbantes, Miſſam indicta cauſa damnant atque tollunt, quantumuis cũ Chriſtianæ Religionis incunabulis ortã. Fortè non abſimili agunt iudicio illi, quo felis reum egit gallinaceum, vt eſt in Æſopi fabulis. Reliquum eſt dicere, quòd à cantu fit canto, & inde cantor & cantatus, duplici ſenſu. In priore apud Ouidium.

Illic aſsiduè ficti cantantur amores.

in

In altero Hypsipyle Iasoni exprobrat amores Medeæ incantatricis:

Non facie, meritísque placet, sed carmina nouit.

Diráque cantata pabula falce metit.

Hîc ego intelligo falcem cantatam, quæ Medeæ carminibus sit fascinata, Quapropter non est quod erubescas dicere, cantatam esse missam, quæ cantando est celebrata & finita. Nũc promissorum fide comprobata, fac me pristinæ amicitiæ restituas ac gratia inter nos maneat æterna, tibíque persuadeas, me neque aspernationis neque contumeliæ causa cessasse. nihil enim est, in quo aduerser tibi, dum tibi gratum esse videam officium meum. Vale. Graijs. Prid. Non. Mar. CIↃ. IↃ. LXXXV.

CA-

LAVRENTIO LEONINO.

RECordari te ais, à me aliud agẽte, eſſe explicatum hoc Demoſthenis dictum, *Non emo pœnitere tanti*: Non quidem rhetoricè, ſed dialecticè; non copioſo, ſed ſtricto ſermone, vt ijs vſu venit, qui exempla in orationem inducunt, quibus cum alijs firmamentis, ſummæ rei, quæ in diſputationem venit, fidem inuenire ſtudent. Ideóque tu ampliùs audiendi aculeis quaſi punctus, rogas, vt de penu meorum cõmentariolorum aliquid depromptum, enucleatius ad te ſcribam. Inficiari quod publicè dixi, non poſſum, neque cupio. epiſtolæ autem committere quidquid vel ad interpretationem, vel admonitionem, vel ad ornandum, delectandum, aut docendum includitur, æqua ratio non ſua-

 det.

det, Etenim ſæpenumero ita cadit, quod præter ea quę domi meditatus ſum, in ore nata oratio, in pinguem ac largam dictione meſſem, argumentum adoleſcere faciat. Et contra nonnunquam eò res exit, vt verborum ac rerum locuplete ſupellectili inſtructus, cum in pulpitum aſcendi, vel in ipſis carceribus dicendi ſermo cohibeatur, reſtringatúrque, & breuiore curriculo exſiccatis riuis ad concludendi metam languidius elabatur. Certè mallem vt me, non exſpectatus, concionantem audires liberiore & ſolutiore dictione tractãtem, & non breuitate Epiſtolę clauſam ſententiam, obſequij beneficio, tuo iudicio ſubmittendum raperes. Leges igitur (quia ſcribere non audeo me non velle) dum ita poſtulas, vt in noſtra diſciplina facere ſolemus, Academicè. & vt noſtro ſenſu non ita in hæreamus, quin alijs libenter

ter auſcultemus, vtpote qui propoſito non ita pertinaciter affixi ſumus, vt neceſſitate adacti, à ſcopulo cui appulſi ſumus ſemel, non diuellamur, Cæterum quia omnis partitio, & definitio, quæ obſcura ſunt, illuſtria facit, vt in rebus arduis vel tortuoſis, ita etiam hîc in exili negotio, per quoſdam gradus incedamus, atque in tres omnino partes, deſiderij tui poſtulatio erit diſtributa. Et quidem prima pars ſit iſta, ne quid ficti aut commenti hoc effatum Demoſthenis eſſe putetur, & nos ſermonẽ triuiſſe in re quæ nõ fuit, arguamur. Quapropter ante omnia tenendum eſt fixum ac decretum, quod plurimorum ſcriptorum monumentis eſt peruulgatum ac notum. Secundum eſt, quod hoc reſponſum datum eſt ab Demoſthene Laïdi meretriculæ. In tertia parte erit cauſa talis reſpõſi, Deinceps egrediendo ex hac de-

ſcriptione tripartita, hoc ratum ponatur, Demoſtheni appetenti Laïdis concubitum, ipſa licuit decem millibus dragmarum. & ille pretij magnitudine permotus, ſe tanti non emere pœnitudinem, reſpondit, vel vt in Græcis eſt, οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν, Non emo decem millibus dragmarum pœnitentiam. Qui cognouit, quãtus orator & Philoſophus fuerit Demoſthenes, ægrè adduci poterít, vt credat tantæ doctrinæ ac famæ virum auocatum ab officio ac inſtituto, Athenis profectum Corinthum, vt in complexum ſcorti veniret, eiúſque ſe expleret libidine, niſi tot grauium Auctorum ſcripta, dubitationi hoc ac hæſitationi eripuiſſent. nam diffluere Veneris voluptatibus, eáſque propter ſeipſas expetere ac perſequi cùm turpe ſit omni homini ac ætati, ſanè tantò eſt conſpectius vitium, quò is qui eas am-

ambit celſiorẽ obtinet honoris locũ apud ſuos. neque hominem culpæ eximit Græcæ leuitatis patrocinium vel Ethniciſmi confidentia, quæ nullos colit deos huius flagitij vindices. Corinthus autem Achaiæ emporiũ toto terrarum orbe celeberrimum, omniq́ue delitiarum aut lautitiarum genere abundans: hoc etiam ſcortum habuit, nomine Laïs, non corporis modò forma excellens, ſed & animi magnis dotibus præditum, quas omnes in hominum perniciem iuratas exercuit: adeò vt ſummum Greciæ Oratorem Athenis ex domicilio ſapientiæ Corinthum attraxerit eius fama. Ipſã verò ex nocturnarum libidinum luſtro à belluiua voluptate ac quæſtu corporis abductã, ſapientiæ opinio, vel honeſtatis aut cuiuſuis laudabilis artis ſplendor nõ flexit, vt relicto Corintho Athenas inuiſeret, atque cum Æſchine de-

certantẽ Demosthenẽ videret, aut in quemuis alium locum vestigium poneret, ad quem post mortem clarorum virorum historiæ solæ, Romanæ vrbis principes vocarũt. Progrediamur ergo & videamus, quidnam hoc est quod dixit Demosthenes, non emere decẽ millibus dragmarum pœnitere, quæ valent secundum Budæum, decem millibus aureorum solarium, monetæ Gallo-franciæ. Num pœnitẽtiam metuit, quam erat allatura pecuniæ iactura? An honoris ac famæ imminens damnum ex flagitij indignitate? vel ob eã causam, quod libidinosus actus generosum animũ suspirio ac pœnitudinis ægritudine affligit & comitem dolorem habet ac fastidium. Nam, vt inquit Seneca improbarum voluptatum etiam post ipsas, pœnitẽtia est. Siquidem mens ex recordatione intemperantiæ cõscia, seipsam arguit, veluti ex morbi comi-

comitialis lethargo experrecta, quod à recta ratione naturæ honestatísque præscriptione, seducta sit ad inanis voluptatis turpitudinem. Quin & corporis cōstitutio mutati sui status in peius dolorem atque odium trahit, quia ab hominis præstantia delirando ad pecudum naturam delapsa est, pigétque admissi actus cum indignatione. Et fortè id est quod impudicorum amorum informator ait Ouidius.

At simul ad metā venit finita voluptas,
Lassáq; cum tota corpora mente iacent
Et piget & nullam velles tetigisse puellā
Tacturúsque tibi non videare diu

Amnon filius Dauid hoc æstu percitus est ad stuprum Thamar suæ sororis, & vi puellæ illata, expletáque libidine, prioris amoris vehementia in acrius odium conuersa, incestu pollutam poteruè expulit è cubiculo, cui lacrymæ ad tutandam pu-

dicitiam non fuerunt præsidio, neq; passæ flagitium ad commiserationem satis efficax commouendum auxilium, quin moram ad celandum opprobrium deprecantem, per famulum exturbari, mœrore & pudore perfusam, imperauit ocyùs. In quotidiano vsu sunt huius furoris exempla, pleni libri historiarum & veterum & modernorũ annalium monumenta, Neq; dubium est quin ex eadem causa sint tot matrimoniorũ infausti exitus, quibus hodie mundus repletur, quæ conciliante Asmodęo inchoatæ sunt, & hymenæum canẽte Belial, sunt consummatæ, quorum scopus voluptas est corporis, quæ prima auolat, sæpiúsque pœnitendi quàm recordandi causas relinquit, vt inquit Cicero. Contra autem videmus ex morum paritate ac Christiana pietate coalescentibus nuptijs adamantinum necti amoris vinculum

quod

quod nulla infortunij violentia, aut humani casus acerbitas, aut cacodæmonis rumpit astutia: sed huiusmodi coniuges in fide, dilectione & sanctificatione cum sobrietate perseuerantes, per filiorum generationem, huius vitæ ærumnas, sempiterna cæli felicitate commutant. Porrò tu Leonine, sententiam quam vis, arripe, & in quam vis opinionem eas, per me licet, dum hoc obtineo vt tibi gratum esse audiam officium huius epistolæ. Vale. Dola. XVII. Calend. Septemb. CIↃ. IↃ. LXXXIV.

Amico innominato.

LÆtitiam, voluptatémq; ex adoptione dignitatis V. I. capere te mea causa, gratum imprimis est & honorificum. Sed cùm te Neomystam esse & vicarium parochum ais in patria tua, mihi videris gratulationis vicem reposcere. Me amari abs

te, semper perspexi, nunc constanter te id facere, post quàm seiuncti sumus, accumulatè gaudeo, & iucundum est talem me habere disciplinæ alumnum, qui sanctitatis, pietatis ac honoris prodromus, sacerdotij decus præripueris. Hem! me hominem decursa triginta, vt opinor, annorum ætate, tam demisso esse animo, vt offerente pingue sacerdotium, qui eius potestatem habebat, non potui induci, vt sacris initiarer & tam frigidus fui amator, vt nulla hactenus puella quantumuis lepida, nuptiarum capistrum iniecerit, tametsi studiosè coniugij honestatem vt naturæ humanæ maximè conuenientem, sæpenumero meditanti. Demum, vt magis testatam mihi faceres beneuolẽtiam tuam, postulas, vt te inuisam quo proprius ostendas amoris tui necessitudinem, dicens,
quem

quem in litteris habuisti præceptorem, in consilijs te velle habere Nestorem. Si vitæ tuæ status nondum confirmatus esset voti nexu & sacri olei inauguratione sacerdotali, procrastinandum iudicarem. Quapropter ex re nata consilium si poscis: cogita te nihilo tutius in patria quam peregrè sacerdotio fungi. Primus enim homo Adam cunctis beatitudinis numeris ac decoris honestamentis à Deo ornatus in Paradyso patria sua, præuaricando cecidit. Vide ne patrijs etiam delicijs delinitus, præuaricando sacras constitutiones & Ecclesiæ decreta, cadas, neque enim temere ad tanti muneris dignitatem est accedendum, etiamsi fortassis lautior se obtulerit præbenda: quam vide nè simoniacè consequâre.

Vniuerſa regio circa Quingeiũ, fateor, amœniſſima eſt, quam piſculentus Lupa ſuper glaream, & ſaxa murmurans alluit, viridi prata veſtiens herba & fontium perennitates de collibus, iucundo ſtrepitu, gelidis vndis recreat. Memento quòd terra Sodomorum Iordane amne irrigabatur, & erat ſicut Paradiſus Dei. Luxurians ſeges excelſos culmos producit, ſed raro grana folliculis claudit, in herbam ſterilem nimia ſtercoratione abeunte ſemine, vt in prouerbium venerit, *Bona terra, mala plebs.* Sacerdos es annorum viginti quatuor, neſcio an minoris, & Parochus. Omitto nunc Vicarij nomen, ne dicam Mercenarij, omnes tamen tui gregis & alieni populi, presbyterum & patrem quidem ſalutant: facſis quod audis. Equidem ſi me præſentem nactus eſſes, ex mea diſciplina, argueres præceptorem Dialecticè,

cè,

cè, vt, Inter duo extrema, est quoddam medium, sic quidam iuuenes sacerdotes presbyteri dicuntur. Esto, non Græcus, sed Burgundus sis presbyter, modò Apostolum audias Timotheum, & Titum instruentem. Neque existimes eam doctrinam ad te non pertinere, quia Episcopatum non desideras: siquidem plebis tuæ Parochus factus, eiusdem es Episcopus, id est, Speculator in Ecclesia Dei quam despondisti. Ad eam prouinciam benè regendam magni momẽti erit cõsiderare, quem gradũ teneas & quam personã tu tibi imposuisti. Et si non queas, oculos vltra capitis verticem tollere, vt locũ vnctionis & tonsuræ contemplando, memineris tui, tamen te admonitum censeas, cũ digitos, qui semper in conspectu tuo sũt, aspicis, qui ad corporis Christi contractionem sunt sacrati; & putes esse pronunciatum, vt diuino Iu-

di-

dici damnum præstes, quoties aliquod membrum nequitię prostitueris. Fuit quondam Philosophus, cuius nominis nunc non recordor, qui rogatus cur plerisque prolixiorem nutriret barbam, respondit, vt cum ea suis semper in oculis esset, nihil indignum eo ordine ac statu, quem profitebatur, committeret, ijsque canis qui auctoritatem adferebant. Deterrebit etiam habitus, quo à plebe es secretus ne vulgi vitijs penetrabilem te præbeas: ne in te quadret, quod Deus per suos Prophetas exprobat Sacerdotibus Iudæorum, *sicut plebs, sic & Sacerdos, omne cor mærens, & omne caput languidum.* Non audias eos qui nequitiæ suæ patrocinium arripientes, satis castè se viuere iactitant, si cautè flagitia tegunt: Væ qui condunt leges iniquas. Paris farinæ tibi sint, qui peccata facientes æqualia, fornicationem Sacerdotis

tis & Prophani eadem examinant trutina: Hi ſunt Magiſtri prurientes auribus. Tu autem factus es ſal plebis tuæ & omnium oculi in te coniecti ſunt, quia tibi dictum eſt. *Paſce oues meas*. Tametſi ex mea diſciplina abiens, Theologia non es imbutus vt Eccleſiaſtem agas: hortor tamen, vt ſacrarum litterarum ſtudio, hoc otium quod nactus es, impendas: & aliquid ampliùs, quam id quod vos pronam appellatis, e ſuggeſtu pronuncies, de hiſtoria eius Euangelij quod in miſſa legitur. Satis multa dicit, qui ſatis apta: & ſatis apta dices, ſi ſatis præmeditata: primum breuiter ac modicè, donec de te facto periculo, & peritorũ iudicio, ſine cortice concionaberis, ſicut ego te declamare priuatim & publicè docui. Dum verba tua audiuntur præſta vt facta videantur paria. Sacerdotis tẽperantia plebis eſt inſtructio ad pieta-

tatem. & vitæ meritum ædificat: cui si accedat consonans viua vox, opus Pastoris impleuisti. Commessationes fuge quia sanitati noxiæ sunt, & moribus bonis inimicæ: venter mero æstuans, citò despumat in luxuriam. Vbi sacrarum litterarum eris defessus, honesti operis succedat labor, cuius ter maximum illum Paulum non puduit. Quibusdam pictura, vt tacita poësis, est cordi: alijs herbarũ cura: quibusdam Geometria. nonnullis tapetum textura: sed in primis optimè meretur, qui formandis, erudiendísquepueris operam nauat. Ferarum venatio tibi pontificalibus legibus interdicta est, ad exemplum Esau: ne etiam irrideant te tui & pro Diacono & Subdiacono, comitatum dicant Molosso & Melampo. Nullam aleam tuę terant manus, neque eam versantibus assistas, propter infamiæ notam ei lusui Pontificijs & ci-

ciuilibus legibus inuſtam. Tabellionatum non exerceas, neque ciuilibus negotijs perſcribendis auctorem te præbeas, In componendis cõtrouerſijs, vbi pietatis opus eſt, aut miſerabilis perſonæ cauſa agitur, vocatus ita adſis, vt Iuriſperitus, quod trãſactum erit, in formam inſtrumenri redigat, ne imperitia artis lapſus, ex vna aliam litem trudas, & incautè concepta concordia, nouæ ſeminarium ſit diſcordiæ. Legẽs hiſtoriam veteris Teſtamenti, conſidera regionis Iudaicæ illam fertilitatẽ, melle vbertim & lacte ſtillantem, præ ea ſterilitate, qua iam in ea

Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ.

Conſidera, qui olim in ea principum fere pientiſſimorum dominatus, & quæ nunc Barbarorum in ea pluſquã ferrina ſtatio, tecúmque ſic

O domus antiqua quàm diſpari Domino dominaris.

Tu

Tu pariter oculis lustra, ac mẽte reuolue excidiũ Christianæ Religionis emissum in vicinas ciuitates, eósque populos à quibus per vniuersã Galliam, tanquam ex incunabulis, solida fides, ac æternæ salutis elementa nata, sunt diffusa. Considera Gebennensium, Basileensium templa, in quibus tot ac tanta elucent antiqui ritus vestigia, quæ nunc omnia sunt sine aris, sine sacerdote ac sacrificio, Causam deme Religionis: anne tibi videtur nostrorum hominum vita innocentior? Non vides, quòd nostris finibus, explosa temperantia, modestia, iustitia, pietate, charitate: voluptati, superbiæ & iniquitati vbique omnes portæ patent? Nonne & merito audimus *Populus hic me labijs adorat, cor autem eorum longè est a me?* Quin & ipsa Metropolis Bisontium non suorum Pastorum vigilãtia, neque magistratus fortitudine, sed

Prin-

Principium Burgundiæ potentia in ſoliditate antiquæ religionis perſeuerat, cui ego ad ſentes exſtirpãdas ſuſcitari opto aliquem Boromæum vel Bonhomium. Cæterum quod illi in ampliſſimis ciuitatibus, totáque Diœceſi geſſerunt, tu in tua Parochia imitari potes. Porro dices, Nos eorum Eccleſiæ Epiſcoporum ſtatuta ſynodalia præ manibus non habemus, Agedum, ſi Ouidij alijque otioſis hominibus ad perniciem & delectamenta nati, ſumptis alis Alpes ſuperarunt, cur illi libri, à Cardinale Boromæo ad Eccleſiæ reſtaurationem in lucem venerunt, ijſdem pennis ad manus tuas non curas deferri? Gentiliũ libri in tuo muſæo ſi fortè conſpiciuntur, cur locum non habet œconomia Eccleſiaſtica ab Ioanne Franciſco Bonhomio ad Sacerdotes ſui Epiſcopatus ſcripta.

In

In horum aula omnes boni hoſpitium ſortiuntur,& Chriſtiani Sacerdotis elucent exempla, nulla conſpicitur mulier, quouis affinitatis aut ſanguinis prætextu. huic cùm comes eſſem legationis in Heluetia in viſitatione Prælatorum, ſæpe dicentem audiui, Quid facit mulier in domo vel menſa Epiſcopi aut Abbatis? ſi pauper eſt, potes ei foris benefacere. Tu ſi aures habes, audi, me ama, & roga Deum pro me, in Miſſæ ſacrificio, & ſingulari Miſſa pro expiatione meæ matris nuper vita functæ, operare. Vale.

MAN-

MANFREDO ARENBACCHIO.

PEtrus Milenius à te ad me venit, & abijt: neſcio an iracundus, an ludibundus. duo propoſuit, & quidem remotiſſima à ſe inuicē: ad quę reſpondere me poſtulauit tempore non ſatis congruente. Vnum erat, quæ res hominē ſolida afficeret lætitia, alterum ob quam cauſam hominū vulgus in ſacris Miſſæ myſterijs (vt vſus comprobat) potiùs oſcitent. Ad hæc ego, Valdè diſparia Mileni non pari tēpore edoceri deſideras. ille contra, Vale doctor, inquit, abſque libris. & illicò ſe proripuit, euanuitq́ue. Hanc ſubitam abitionem & interrogandi importunitatem ridiculam, concedo familiaritati, qua inter nos vtimur. Ceterùm quia

quia animũ induco eum à te esse submissum, idcirco ad te scribo. Et in eam opinionem venio, quia in hortis Calionis, cùm essetis, nudiustertius à meridiè, vbi ego propter occupationes inuitatus adesse nõ potui, variæ quæstiones in disputationẽ productæ & agitatæ magno sunt cõtentionis æstu: & fortè cùm in hæc duo, non fuerit argumentorum consensus, meam professionem explorare vobis lubet, tuo pudori pertinacem Milenij fidentiam obnubendo. Sed quis ego sum, quem vos consulitis, Doctor absque libris, qui si in magna copia afforent, fulcire vestram non possem Academiam, aut certius aliquid dicere, quàm vos disputastis. Enitar tamen & in symbolum aliquid dabo, tametsi forte id tale sit futurum, quod à tuo iudicio prorsus abhorreat, & in quod nullus vestrûm incumbere, vel assentiri velit; quod

si

ſi tanquam παράδοξον excludendum eſſe putabis, æquabilius tamen ferre debes, quia proprij ſenſus putabis eſſe eius Doctoris, quem abſque libris eſſe ridetis. In prioris quæſtionis itaque hærẽtes veſtibulo, hoc ſit exordium, definire quid ſit lætitia, ne tenebricoſus ingreſſus in maiorem obſcuritatem progredi faciat. Cicero itaque in Tuſculanis, multos affectus lætantium deſcribit, qui omnes catenati, huiuſmodi poſſunt excludere definitionem: vt lætitia ſit exultatio animi, ſe prodens ex opinione præſentis boni. Tantùm autem differt à gaudio, quòd in ſinu pectoris hoc ſe contineat, & nullo iudicio efferatur. Lætitiam, quæ extra geſtiẽs, animi motionem ac perturbationẽ parit, Stoïci in ſapiente eſſe negant gaudium verò ei concedunt. Quid igitur, inquies: an ſtulti ſunt plerique noſtri æui vtriuſque ordinis homi-

mines, qui vulgò ſapientis nomine cenſentur, qui captis honoribus, diuitijſque, quæ aucupabantur, exſiliunt. &, ſi quis eſt, qui Martialis beatitudines nactus eſt, & ob id exſultat ac geſtit, eum ſapientum concilio excludemus. Certè niſi Chriſtianis alius datus eſſet Paracletus, ego eam ſolidam arbitrarer lætitiam, quæ per accumulationem tãtæ beatitudinis oboritur. Ceterùm cùm in hoc orbe terrarum præterita bona ſui deſiderio relicto pungãt, præſentia citò rapiantur, futura exſpectationem fatigent, vnica mihi videtur ſolida homini, ſi qua eſt lætitia, mẽtis ſibi bene conſciæ, ſuóque Creatori reconciliatæ exultatio: vt cum Propheta Rege dicere poſſit homo, *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus*. Et cum Matre Virgine. *Exultauit ſpiritus meus, in Deo ſalutari meo*: Et rurſus cum Da-

Dauid. *Auditui meo dabis gaudiũ & lætitiã, Redde mihi lætitiã salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* Hæc eſt lætitia, quã Chriſtus migraturus ex hoc mũdo, tãquam tabulis vltimæ ſuæ voluntatis obſignatis, dedit ſuis diſcipulis, quãdo ait: *Hæc locutus ſum vobis, vt gaudium meum in vobis ſit, & gaudium veſtrum impleatur, gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* Altera eſt de oſcitatione quæſtio. Et primum quidem hic ſtatuamus, oſcitationem eſſe oris apertionem ex evaporatione ſtomachi; vel vt alij; oris hiatum ex ſomno vel tædio. Tu elige, meam vel alterius definitionem. in id vtrique conueniamus, quod olim apud graues Romanos oſcitatio in vitijs fuit: adeò quòd Cenſor oſcitantem in Curia, in publicis negotijs ſenatorẽ notauit, propterea quod oſcitauiſſet, præbens argumentum, quòd ea quæ

agerentur, ad Reip. salutẽ, ei parum curæ esset. Ego, vt dixi, autumo oscitationem non semper ex somno trahere originem, vel ex tædio, sed ex vẽtriculo eduliorum cruditatem efflante. Audio quemdam ex his, qui huic Academiæ hortulanæ interfuit causam tam ineptæ oscitationis in sacris Mysterijs obuenientis retulisse ad Diabolorum insidias, quia huic imprimis inuidẽt sanctimoniæ, quibus non satis est ex multorum hominum corde eam sustulisse, quin Christianis quoad possunt eis oscitantes, faciunt interesse. Alius fuit, qui ex contagione mutua & quasi transitione vel ex traduce, oscitationem ab vno ad plures, qui in eodem sunt cœtu, deriuari opinatus est, & id ab experientia non planè abhorret. Adde nunc, si lubet, meum sensum, nimirum quod oscitatio in sacra missarũ solemnitate, magis oritur in plebe

quo

quotidianis laboribus defatigata, vel domeſticis curis diſtentis hominibus. Et quidem hoc vulgus, ob cauſam dictam, aut tepet, aut aliquid cogitat, ſacris dum intereſt. Tunc is torpor religionis vel hebetudo, vbi ad numinis præſentiam adorandam, per nolæ ſonum excitatur, oráque anteà ad preces clauſa aperiuntur, omnéſque fibræ cordis opem præſtat officio, exitus ſtomachi vaporibus prius occluſus per ſomnolentiam, patens, etiam inuitis erumpendo, oſcitationem gignunt. Et ſanè quibus hoc accidit, argumentum præbent nullas antea ſeſe in ore habuiſſe preces, ſed quaſi ex ſomnolentia excitatos, orare admonitos ſe eſſe. Habes quid cenſeam. Vale, Dola, Noueb. CIↃ. IↃ. LXXXII.

IACOBO MOLANO.

VT in biuio viator, ſic animi dubius hæreo, in Belgiúmne redeã vitam terminaturus, an procul à patria in his oris, vbi parata amicorum multitudo, propinquorum ac conſanguineorum vicem reddit, & contracta eſt cum regionis genio familiaritas; offerente ſeſe ad litterarum ocium ac vitæ ſplendorem fortunâ, Perhorreſco contrà cogitans à tempore, quo abij, bellis ciuilibus hîc omnia eſſe immutata, vt præter muros vrbium & habitationes, quibus Maris furor perpercit, nihil cernas priſcornm morum. qui optimates nuper ac optimatum filij, nunc infimi: & contrà qui ſordidi & expopina orti, ad faſtum ac opes elati, verſutia vel peculatu, ita, vt nihil mirum, ſi ipſosnon agnoſcas, qui præ va-

vana gloria, ſeipſos non capiunt. hos ſequitur Mercatorum vulgus ac plebs per ſtoliditatis veſtigia, exoticorum morum æmula, vt vix quiſpiam ſuo appelletur nomine, ſed Domini aut Signorij. ita blandiuntur ſibi homines, etiam quibus nihil ſui eſt in belli miſerijs, vt indignentur, niſi hoc fuco, vel ſaltem pluraliter appellentur ſinguli. Non eſt cõtemnendus in dubijs augur metus, quem auget matronæ primariæ diuinatio, aſſerta ab homine mihi noto & Etruſcæ diſciplinæ perito, vaticinante me multa aduerſa paſſurũ in patria. Idem experimentum euẽtus prædixit in diſceſſus mei veſtibulo, imbrem, pluuiam, ventum, aliamque aëris inſolentiam qualem anni tempus ferre non conſueuit. Ægrè diuellor hinc, plurimis de cauſis, quas omnes epiſtolæ credere non expedit. Si me fallet eorum auctori-

tas qui in patriam vocant, vel si promissis abeunt, ex rebus prosperis confirmatísque in perpetuas tempestates ac ærumnas vitæ meę reliquias conijcient: fata tamẽ sequamur nostra, quæ Deum sospitare rogo. Μνημόσυνον iamdudum ad te misi, cúm Dolæ eram, musicales meos libros, quod fortè non est sine præsagio, quia ad luctum vado, vbi nec liberè fortè licebit iocari, nec suspirare familiariter. Qui sunt reliqui libri, sũt pauci, inter quos Wesẽbecquius, Misingerus, alijque Iuris interpretes, quos sic omitto, vt si non redibo, eos vindicare possis, & vbi sint, indicabit Bouerius. Vale, fortè in omne æuum. Graijs. CIↃ. IↃ. LXXXV.

Illustri

Illuſtri ac nobiliſſimo Domino
GVILIELMO DE PAMEL
Equiti, & in ordine ſupremo in Belgio Præſidi.

CVM publicis Philoſophiæ, humanoriúmque ſtudiorum prælectionibus aliquando eſſem liberatus, regijſque ſolutus ſtipendijs (Ampliſſime Præſes) te hortante maximè, retuli me ad Iurisprudẽtiã; quæ intermiſſa à me eo tẽpore fuerat quo neque mihi vtilis neq; Reip. ſalutaris eſſe poterat cùm, iuſtitiæ loco ſũma dominaretur iniquitas, pro religione ſacrorum omnium ſceleratiſſima profanatio vigeret, & euerſis pacis ac ocij fundamentis, per ſingula Belgij oppida; calamitoſiſſima ex inferis emiſſa exſurgeret bellorũ tempeſtas, effundente ſeſe omnium

malorum ac vaſtationum Oceano infeſtiſſimo. Ex cuius ſtudij ſerotina ſemente, ſi quem fructum cepi, tibi ante aljos præcoces primitias offerre merito debeo, qui humanitate ſingulari, ſaluberrimíſque adhortationibus, iacentem animum meum, ex deſperatione rerum, quam triſtiſſima temporis facies afferebat, erexiſti. Quid enim non tuæ vocis auctoritas poterat efficere, cuius ob os Belgæ ora obuertunt ſua? quē, poſtquam longo tempore in Mechlinienſi Senatu ſententiam moderatus es, iterum Flandriæ honore auctum Curia Præſidem excepit? Ad extremum dubijs iſtis temporibus, qui ſummus eſt honoris gradus, te ampliſſimi Concilij, potentiſſimus Hiſpaniæ Rex principem nominauit. In quo faſtigio dignitatis conſtitutus, plures annos tanto animo & cura verſaris, vt in publicis negocijs labo-

labore, in agendo induſtria, in prouidendo conſilio, in periculis fortitudine tecum comparari nemo queat: tanta verò fide, vt ſi pro Belgij pace, vita tibi ponenda ſit, tecum præclarè actum putes. Non eſt itaque ſine fruge præteruecta aures meas tua admonitio, ſed menti inhæſit ac memoriæ, breuíque cum Iurisprudentia in gratiam redij. Quod quidem adeo factum eſt, vt qui publicarum diſputationum ſolebam præſidere arbiter in Academia Dolana, nunc in imis ſubſellijs ad Magnifici Rectoris pedes, hæc vtriuſque Iuris propoſita, meo periculo agitãda, vniuerſis in hoc ſtudio currentibus exhibeam: & in priuata vita, & in Magiſtratu boni fungens ciuis officio. Qualem me futurum aliquando hominum mentibus inſerere facilè potero, ſi hoc officij genus, quo tibi obſequi conor, tibi viro No-

bilissimo, summa grauitate ac constantia, virtute autem tanta prædito, quantam alius ad istam dignitatem afferre nemo posset, gratum esse cõspexerint. Quo ciues nostri credent potuisse ciuilibus bellis alteri patrimonium, indolis verò ac paternarum virtutum, debacchantes fortunæ iniuriam, ne vnam quidem vnciam ex toto asse valuisse detrahere. Et quamuis hæ theses, quæ clarissimi nominis tui protectæ alis, in lucem venerint non sunt munus tuorum meritorum magnitudine, atque præstanti excellentia dignum, magnopere tamen Amplitudinem tuam rogo, pro ea humanitate, quam à natura coniunctam cùm summa dignitate habes, vt boni consulere velis, quo fiet, vt progrediente ætate, maioribus officijs, multiplicatísque obsequijs tuam beneuo-

uolentiam demereri omni ſtudio ac beneuolentia & audebo & exſequar Vale. Dola. Cal. Auguſti CIↃ. IↃ. LXXXIV.

Finis Epiſtolarum I. Iod. Deculeonis.



IVSTI IODOCI DECVLEONIS CORTRACENSIS CARMINA.

MARCO BALCIO S. P. D.



AEPE superuacuo describi tempore amores,
Marce, petis, Musis semper amate sacris.
Nec mea vis Stoicis scribantur carmina verbis,
Ast versu ætati conueniente meæ.
Nos malesuada vrget scribendi innata cupido,
Artibus & mens est ingeniosa suis.
Ipse quidem possem iuuenum describere luctam,
Oráque quæ nimium pallida fecit amor:

Sine

Siue quòd huic studio multum sit prona iuuentus,
Siue meis verbis par foret illud opus.
Nulla est, crede mihi, puppim committere ventis
Gloria sed contrà quàm rapit vnda, vehi.
Non etiam est virtus, quò nos trahit impetus, ire;
Ast animi illecebras vincere posse sui.
Scribere nil prodest, quod damnet ruga senilis,
Quódque relecturo caussa ruboris erit.
Non ego Parnaßi fixi sub montibus altis
Sedes, Aoniæ nec iuuat vsque solum.
Fortè dies aderit quando hæc scripsisse pigebit,
Et tremet auctoris pagina iudicium.
Cùm nec erit curæ numeros seruare poëtæ,
Nec voluet certos mens operosa pedes.
Et tum fortè alia nomen quæretur in arte,
Nec capient animum, quæ placuere modò.
Sæpe diem tardis labentem absuminus horis.
Scribendo latio carmina facta pede.
Attamen haud plausum populi exspectamus in illis.
Et nihil arroso scribitur vngue mihi.
Sed modo si tristes Nasonis voluo libellos,
Erumpunt elegi, carmen inerme, leues.
Et Lyricus nostras vates si perculit aures,

Aptaui

Aptantur fidibus plectra sonora meis.
Móxque humili stylo sequimur vestigia cygni,
Quem liquidis natum Daunia fouit aquis.
Tullius eloquij fons est mihi sumptus: in illo
Mox probat ingenium verba soluta meum.
Pægasidum oblitus subitò, atque Helicone relicto,
Persono clamosi grandia verba fori.
Tum meipsam miror, cùm nec Libetrides ipsæ,
Castalij pectus nec leúet vnda meum.
Post obitum studij speramus nomen honesti,
Cuncta nec ad manes corporis vmbra feret.
Sed non Christicolis eadem quæ cura profanis
Vatibus, ast vacuos nos decet esse nota.
Feruida sponte ætas vitio sua pectora laxat:
Est labor affectus continuisse suos.
Postmodo erunt tardæ solatia magna senectæ,
Parcè nequitiæ succubuisse vagæ.

IOANNI SYLVIO.

IAnus adest nobis, duodenis mensibus actis
Principium taciti temporis annus init.
Hactenus oppositam radios deflexit in oram
Cynthius, AEthiopum regna calore premens.
Dum-

Dúmque procul positus transfundit lumina cursu
Obliquo, & volucres terga dedistis equi,
Mox spatio breuiore dies sese occulit vmbris,
Nóxque venit celeri præcipitata pede.
Nunc verò aduersos rursum depromere vultus
Incipit, ínque orbem nunc nouus annus adest.
Lætus ades, faueasque lubens, Hyperione nate,
Auspicijsq. bonis exere dulce caput.
Tempus adest docti quo consueuere poëtæ
Pignus amicitiæ mittere quisque suæ, (pollo
Quando animus, tempusq́ue iubent mihi dexter A-
Adsis, dic sacro prospera verba die.
Dum iuuat, & veterum sequimur vestigia vatũ.
Omine fac fausto nunc mihi carmen eat.
Syluius est Latiam docto moderamine pubem
Qui regit & pueros instruit arte rudes.
Quamlibet exiguo hic donandus carmine, namq;
Hoc probitas poscit, dos quoque rara viri.
Munera det magnis opibus conformia diues:
Nostra venit proprijs musa referta bonis.
Sit fælix, semperque cadat felicior annus.
O vir Pierij gloria magna chori,
Nulláque lux atris veniat tibi fusca lituris,
Sólque serenato proferat ore diem.

Quam-

Quàmque tibi vnanimis thalami concordia iūxit,
Vxor, sit longo tempore iuncta, precor.
Filius est maior patriæ non degener artis,
Est minor Aonijs deditus vsque sacris.
Per quos vita tibi maneat post fata superstes,
Nomina longæua posteritate geras.
Pérque tuos titulos censebitur ordine longo
Progenies, auidos effugiétque rogos.
Viuáque cum Stygiæ scindent tua filia sorores,
Gaudebit proaui nomen habere nepos.
Moribus hic studeat virtutem æquare parentum,
Nulla tuum infitiat per malefacta genus.
Tarda senecta tibi lentis accedat & annis,
Quod superest vitæ molle sit omne tuæ.
Concedant Superi patria condatur arena
Corpus, vbi æthereo lumine cassus eris.
Filius & pullo genitoris funera cultu
Persoluat, comes & sit sibi terna soror.
Sæpe pias lacrymas fundant ad busta parentis,
Votáque sint precibus sæpe iterata nouis.
Spiritus æthereas scandat sublimis ad auras,
Sors tua cum iustis sit tibi iuncta viris.

EPI-

EPITHALAMION IACOBI EMPINI ET Petronellæ Syluiæ.

LVcifer Eoo tandem produxit ab ortu
Tam lætum, niueúmq. diem, quo fœdere certo
Pérque datam, acceptāq; manum, socialia vincla,
Pérque sacros ritus, maturis nubilis annis
Syluia connubio Empino, dignisque Hymenæis
Traditur, emeritos vitæ vt secum expleat annos.
Hunc rutilo vultu, (quo nubila cuncta serenas)
Christe auibus lucem facias procedere dextris.
Felices epulas, felicia pocula præbens
Hospitibus, quos coniugij prænuncia læto
Omine diuersis fama huc exciuit ab oris.
Túque adeo, virgo forma spectabilis inter
Mille nurus, iuuenili ætate & mille puellas,
Pectoris & niuei dignâ grauitate decora,
Qua non ornatu prior est gressúque decenti,
Fax iuuenum atque tui non vltima gloria sexus.
Audi, nec renuas virgo aures, dicta reconde
Pectore nostra tuo, rapidis neu trade procellis.
Nulla tibi cari obuerset nunc cura parentis,
Blanda relinquendæ subeat nec matris imago,
Omnes

Omnes ex animo iam iam depone propinquos
Flamma noua excutiat veterem de pectore amorē.
Longè alias quatit ille faces, aliúsque Cupido
Sollicitat, quem iam thalami data dextra fecit
Consortem Cytherea suas & pronuba Iuno
Edocuere artes, socialis munera vitæ,
Hunc oculis animóque pio complectere virgo,
Nam redamat: non in cassum per inane vagātur
Spicula, quæ geminis blandus iaculatur ocellis,
Inque tuos vultus, faciesque animúsque morātur,
Turbat amor, totúsque tuo dependet ab ore.
Hunc dominum, sociúmq; tori venerare, nec impar
Officio studióque tibi concedet honoris.
Excute virgineo mæstas de pectore curas,
Nec desiderium tangat sine fine tuorum:
Ipsa vices patris cari matrisque replebit
Adnascens soboles, vestrâ quæ ludent in aulâ.
Sparge Empine nuces, dulcis tibi ducitur vxor,
Quam decorat lepor, eximiæ & bona gratia formæ
Sunt vestes auro insignes, & murice tinctæ
Purpureo, atque animus cultu formosior ipso,
Illam etiam comites Nymphæ & prudentior ætas
Miratur matrum, ex humeris pendente capillo,
Ornatus qualis Helenæ Veneríſque decoræ,
Quan-

Quando effusa comas mensam accessura Deorũ est,
Felices nimium Superis gaudentibus ambo,
Inter Flandrigenas sponsa es pulcherrima Nymphas:
Flos iuuenum, flos sponse virûm, luměnque iuuentæ es.
Non par Hannonias inuenta est forma per vrbes,
Viuite feliees, thalami nec vincula Erynnis.
Nec Stygiæ insano dissoluant lite sorores:
Viuite: duxerunt felicia stamina Parcæ.

GENETHLIACON
PETRI GRANGII.

TE te ego, parue puer, primum nunc edite in auras
Aethereas quamuis alij maiora pararunt
Munera, carminibus grato & modulamine Musæ
Excipiam, Aonidésque Deas in vota vocabo,
Laudatásque Arabum fruges & thura Sabæa
Nostra hæc larga manus sacras adolebit ad aras,
Meq; reum expediam votis, quæque ore spopondi,
Persoluam promissa lubens, queis matris in aluo,
Hoc caput obstrinxi, nos auersantibus astris,
Dum latitas, nouies & crescunt cornua lunæ
In-

Integra, maturo & tu partu nasceris infans.
Libera te peperit mater mundo, omine læto:
Salua est illa tamen, sic dîs voluentibus, & te
Saluum tota domus lætis amplectitur vlnis,
Miratúrq; parens proprios vultúsq; oculosq;
Corpori inesse tuo, flauósq; in vertice crines:
Atque suam & nati formā spectánsq; vidénsque,
Gaudia vix reticens ingentia continet intrà.
Ferte citæ flores famulæ, exonerate canistris
Lilia cum violis & purpureis hyacinthis.
En vobis studio vigili, multóq; labore
Vtraq; collectos Anna atq; Lucretia odores
Expediunt calathis, nectítque Isabellæ supremo
Caule rosam intexens folium frondentis acanthi.
Tota operi domus incumbit, te vt fonte renatum
Excipiat Christi, pompa comitante celebri.
Ter felix pusio es, quem cunctis casibus ipse
Rex superûm eripuit clemens, purúmq; lauacro
Reddidit & veteris tergens vestigia culpæ,
Sedibus asseruit cæli æternæq; salutis
Participem faciens, aditus reserauit Olympi.
Regnatorem Erebi, ac humani sanguinis hostem
Sit vicisse satis; pergas precor omine dextro,
Auspicijsq; bonis reliquum bene perfice vitæ.

Vtq;

Vtque tuum vires corpus crescentibus annis
Accipiet, membrísque vigor sese ingerit alter,
Sic mens sollicitis dum nondum obnoxia curis,
Artibus ingenuis studijsq; exculta Mineruæ,
Incrementa rudis capiat, memorandáq; virtus
Exstimulet, Stygijs quæ nunqnam mergitur vndis
Hac duce carpito iter vitæ: his modereris habenis.
Seu fortuna ferox, bello te aduersa lacesset,
Seu vehet ex humili summa ad fastigia rerum,
Clara tua infami haud maculabis nomina vitâ,
Iúsque coles solo inductus virtutis amore.
Vnde tibi labenti æuo cùm tarda senectus
Accedet, sensim gelidis & tempora canis
Insiciet, solamen erit mens conscia recti.
Et tandem veniet vitæ cùm meta suprema
Hanc animam emeritus fato meliore refundes.

De quatuor Anni Temporibue.

VIdi recenti prata virescere
Frõde atq; puro gramine, cùm fuit,
Musis voluptati atque Nymphis
Rura per ire pedem retectis.

Vs-

Vßitque Phœbus ſub cane feruido
Mundum, æſtuoſis imperijs equos
Vrgens vbi efflat Cancer ignem,
Inque ſuo dominatur orbe,
Tunc cum marito inter nemorũ comas
Sedere gaudet nupta, ſub uvidis
Captare ripis vmbrámque opacam,
Ad fluuijſalientis vndas.
Vides vt altis arboribus comæ
Vix hæreant, quin vertice ab arctico
Percurrit vrbes atque rura
Sæpe graues minitans procellas,
Ventus nec vllam ſedibus in ſuis
Stantem videbis tempore hirundinem
Breui, remotas cunctæ abibunt
Quaque alius repetente terras,
Non pauci Iberi fluminis alueo
Conſidere optant, atque ſub Alpibus;
Multæ ſuum ponent cubile
Aethiopum calidis in oris.
Sol nunc repoſtas ſub pedibus domos,
Viſurus intrat, regna quid Indiæ,
Sub vrbe quid Nigrita nobis

Op-

Oppositus faciat rubentem.
Terrena nuper horrea frugibus
Replens auarus rusticus optimis,
Rursus parat tellurem acuto
Scindere versicolorem aratro.
Arcto recedens tramite sol vetat
Sperare veris tempora, sed dabit,
Pro floribus frigus niuésque,
Pro Zephyro Boream furentem,

AD ANDREAM BALMONTIVM meditantem nuptias.

Ronsini lætis tibi quando ab oris
Nobilis sponso veniet puella,
Quæ tuæ curæ placidóque finem
Ponat amori
Non ego syluas rigidásque rupes
Duxero, aut imam cytharœdus arcem
Moliar Ditis penetrare, amici at
Flectere sponsam:
Qua velut lato salit agna campo,
Dextra Balmonti tua si insolescens

Per

Per iocum captet, renuítque tactus
Virgo viriles.
Heu nimis sæuis Cytherea adurit
Ignibus renes, liquidæ medullæ
Implicans flammam, iuuenum perita
Ludere sensus.
O nimis grandis feritas puellæ,
Quæ vocas pubem placidis ocellis,
Ludis attractam, catus vt miselli in
Funere muris.
Nos velut nactæ vitulum leænæ
Fallis, ast viuas memor, ô Deorum
Vindicum; Minos Cererisque quæret
Filia crimen.

Ad Lud. Hamum pictorem.

O solers Iuuenis tibi
Qui primus simulacrum Veneris suæ
Arti credidit & Deam
Obscuram eripuit fluctibus æquoris,
Certarit minimè, siet
Quantumcumq; potens ille coloribus
Mixtis

Mixtis ducere imaginem,
Et regum exanimem fingere puluerem.
Nuper vidimus ingeni
Istius monumenta artifici manu
Commissum tabulæ nemus,
In quo semideos iustica Numina.
Vnà cum Dryadum choro
Faunos cum Satyris iunxere dexteras
Conspexi & celeri pede,
Quassantes ter humũ, sternere gramina
Ad curuæ strepitum lyræ.
Quænam vis animi, quæúe potentia
Quis mentis vigor, vt Deum
Naturam referens, artibus æmulis,
Doctus pingere lineis,
Humanum valeas corpus, ut inferis
Subreptum dubites? inest
Formæ tantus honos, tantáque gratia,
Vt nunc ore putes loqui,
Nunc verbum tacitis ducere nutibus.

AD IOANNEM NEVCLEVM.

SPerne Perſarum nimium fugaces
Diuitum gazas, malè comparata
Dote ſectari renuas puellam
AEquus amator.
Tyndaris crines redimita gemmis
Traxit auratis Helene ſuperba
Dardanum ſponſum, Phrygijſque vitam.
Credidit vndis.
Diſsipat frenum imperioſa coniux,
Legis acceptæ impatiens iugalis,
Contumax lentam facilis mariti
Excitat iram.
Compari viues ſociâ beatus:
Illa non diſcors opibus, benignam
Reſpuet pacem, ſed amica caſto
Fœdere amabit.

Encomium Vrbis Cortracenæ.

O Vrbium quas Flandria continet
Ocelle non te vicerit æmulis
Colla-

Collatum aquis Tibur, vel vda
AEmoniæ celebrata Tempe.
Nam te trisulco diuidit alueo
Lisa, & silenti murmure perfluit,
Non æstuosi more Schaldis,
Di tibi delicias & agros
Dedêre pingues & varias noua
Fruges adultas condere in horrea.
Dedere quæ pulchris iuuencis
Pascua sufficiant alendis.
Gens Neruiorum posteritas grauis
Isthic, Penates sacra ferens Patrum,
Sedes locauit, proximóque
Fœdera cum populo peregit.

SVPPLICATIO
pro Commessatione nauali Cortraci.

VItrei Lisæ pater atque rector.
Siue tu ponti domitor seueri
Tethios coniux, sate seu Deorum
Semine Nereus.

Vosque quæ dulci imperitatis vndæ
Præsides Nymphæ, quibus est voluntas
Membra Lyzali tetigisse lympha,
Et per opacas
Arborum frondes agitare ripis
Flexuosis multiplices choreas,
Et sub vmbrosis iacuisse lucis,
Crine soluto.
Vos puellarum iuuenumque cœtus
Flagitat, vestro auspicio vt per amnem,
Luce tam festa liceat paratam
Ducere nauem.
Pallidæ quidnam pauidæque ripa
Virgines statis, neque vos carinæ
Creditis mecum, viridique plantas
Tollitis herbâ.
Solus occasu Zephyrus pererrat
Aëra, & leui mouet ire flatu,
Pleiades ponto occubuere, & vdus
Mersus Orion.
Lineam vmbellam socij explicate
Solis arcentem radios ab ore
Virginum & stella ferientis æstus

Mitiget

Mitiget aura.
Præsidet proræ & Venus alma puppi,
Gaudet admitti iocus atque honestas,
Et pudens Bacchus, Cererisque Numen
Melpomenéque.

Ad introeuntem Musæum paræneſis.

ISte nouem Musis locus est & Apolline dignus,
Est sacer & Nymphis, Gratia blanda, tuis.
Hic sua Pierides subtili carmina voce
Dictant, argutam & tangit Apollo chelim.
Fœtibus ingenij hic enixis viuere multos
Cernis, qui effugiunt per sua scripta rogos.
Quisque suæ mentis promit pro viribus artes,
Percupidus vitæ extendere gesta suæ.
Adspicis & longo positos ex ordine libros,
Materiámque suam quodque tuetur opus.
Hic blandis elegis, grandi canit ille cothurno,
Est qui Mæonio carmina more facit.
Sunt quoque qui pedibus gaudent sermone soluto.
Scribere, & eloquio fundere verba graui.

Par studiũ est cunctis, magna est præstantia scripti,
Et celebres hominum cuncta per ora volant.
Esto memor, quicumque hospes pede limina trãsis,
Pérque sacrum Musis, ísque redísque locum.
(Vlla tibi Aonidum si sit reuerentia cœtus,
Musáque si studijs haud aliena tuis)
Non hic lasciuo gressu, salibúsque inhonestis
Obstrepere aut multa garrulitate loqui.

PRO GALLO GALLINI ceo oratio habita Dolæ in Alectryomachia, PETRO PERROTTO puero declamate.

FInibus in longum, quâ se Burgundia pandit,
Seu consanguineos Germanos spectat ab alta
Rupe & in Oceanum, properantia flumina Rheni
Quaûe Arar inuisas Francorum terminat oras,
Aut Rhodanus medium solis desertar ad axem,
Gloria nota quidem galli, memorandáque virtus,
Exiguum sentit tam magnum laudibus orbem
Esse suis generísque sui, de gente volucrum
Stemmata clara satus, linguæ non indiga nostræ,
Eloquio

Eloquio vt crescant laudati & voce triumphi.
At quia quisque tamen gaudet sua facta referri,
Atque animos addunt tituli & virtutis honores,
Vos vnquam studio merito, si facta fauore
Fortia iuuistis (Iuuenum spectata corona)
Vt superantem omnes volucres victricibus alis
Gallum, atque astuto sæui stratagemate belli
Vincentem, haud pigeat Martis subiisse pericla
Sanguinis & guttas sparsisse in puluere arenæ,
Sæcula cùm cernet non inuidisse cruentis
Vulneribus laudem, porrecta fronte relatis,
Et dignum pretium vos impendisse labori,
Quo vestris studijs assueuit cantibus horas
Aßignare suas, certam & præfigere metam.
Proh superi auertant tanta vt vesania menti
Succedat vestræ: volucris Iunonia caudæ
Gemmatæ vt plus luce queat fastûque mereri
Imbelli, vt valeat plumæ splendore tenebras
Obijcere his meritis, gallique iniuria factis
Esse. nec insanam commendet garrulitatem
Psittacus ipse suam, blæso quando ebrius ore.
Χαῖρε *sonat, Dum colla leuas, alásque nitentes*
Argi luminibus Pauo miraris, ad imos

Flecte pedes, oculos, vngues spectare recuruos
Nec pigeat, turpi vestita est tibia pelle.
Nec stercus quo sola potes prodesse reconde,
Neu tua si quæ sint ne subduc commoda nostris
Vsibus inuidia, vel tunc te siste fluentes
Quando cadunt pennæ, turpis metuísque videri
Vere nouo, gratæ & spoliaris munere caudæ.
Seu genus & proauos ipsáque ob origini mundi
Natales spectes, & nomina clara trophæis,
Prœliáque aduersis collatis horrida signis.
Sanguinis & rosei seu pectora prodiga pugnæ
Nescia cedere, comperies antiquius armis
Esse nihil Gallis vidi (quando improba vulpes
Poneret insidias ouis & mandere dente
Innolucres fœtus & adhuc sub matre latentes
Tentaret stragem facere & conspergere rictus
Sanguine pullorum, plumosi pectoris ictus
Excipere hunc clypeo & gannitu multa loquentem
Vulpem eluscatum æternis damnasse tenebris.
Hæc nisi sit manifesta fides, quid stemmata longo
Prodest censeri? fulgentia imagine scuta
Exuuijs vulpis splendent, gentilitia arma
Hirsutã referũt caudã, & memor vmbo triũphũ.

Quis

Quis mihi nunc volucres imbelles talibus ansis
Conferat, extollit quas pictæ gloria plumæ,
Edidit in lucem vel quas miseranda parentum
Sors, genus aut vpupæ, aut philomelæ tristia fata?
Vix putat ad laudem quicquam conducere formam
Posse suam Gallus, ducis esse ast munera fortis,
Vires. Sed quoniam ne quid natura negasse
Alituum regi dicatur: Pauo superbit,
Dote sed indignâ, quis pulchritudine pennæ
Esse potest Gallo melior, dum concutit alas,
Et pulchra in galeæ summo stat vertice crista,
Adspicere hos oculos radiantes lumine claro,
Ordine dispositos iucundo mille colores.
Quam crurum flexura decens, quam tibi tecta,
Et pes quam firmis extensis vnguibus exit,
Binaque naturæ munimina, calcar acutum
Atque huius capitis quanta est sapientia parui,
Fallacem superat qua vulpem, aliásque duello
Vincit aues; lingua, quoties canit, excutit ossa
Pæne metu Leo voce canorâ exterritus omnis.
Sed quid fœmineas in Galli corpore dotes
Commemoro & fragiles, perituráque munera formæ?

Gallinis sua sit species, gallóque sagaci
Ingenio valuisse, armis & Marte feroci,
Atque hostem mediis pugnacem sternere campis.
Non Fabiæ gentis quōdam vir maximus, Afrum
Hannibalem nimium exultantem clade recenti
Vicit consilio maiore, animósque recidit
Pœnorum Italiam flammâ ferroque cruento
Vastantum, gallus quàm prono pectore fertur,
Inque aciem ruit & mirâ supplantat ouantem
Arte inimicum. Sed quis credere velle recuset
Fœlici ingenio innatam particulam auræ
Diuinæ & rationis opus nostræ esse, quod ingens
Certamen poscit redimens discrimine honorem.
Rostricines videas inter se currere picas
Sæpius & nigros committere prælia coruos,
Sed genus hoc volucrum rapitur nullo ordine certo.
Ebria seu stratis surgit gens rustica mensis,
Annua cum toto celebrant encœnia pago,
Arma capit passus glomerans ignobile vulgus,
Et sua districtis moritur per vulnera cultris.
Non ales sic cristatus, salientibus intus
Fibris ad pugnam pergit, seu miluius alto
Aëre delapsus gyris se voluit ad ima,

Designát-

Deſignátque oculis ſpatiantem in corte volucrem
Quem videt aut circa glocitantem ludere pullum,
Vt rapiat prædámque trahat per inane volando.
At cum rivali ſócio eſt commiſſus, honores
Ambit & applauſus populi, laudantiáque ora
Coniugis & mediâ decantat victor arenâ.
Area namque graui poſtquã conſperſa ſaburra eſt,
Ingreditur nitidáſque alas componit & æquis
Paſsibus incedit, mirâ grauitate decorus
Qualis magnificâ cum magnus obambulat aulâ
Perſarum Rex, AEgypto dum bella minatur.
Aſt vbi conſpexit vicino in limite contrà
Seſe offerre hoſtem, quîcum certamen honoris,
Propoſitum eſt illi, ceruix quod fulſit honeſtum
Eleuat ad ſuperos caput & ſimul exorientem,
Adſpiciens ſolem, tacitus perpauca precatur,
Obtutu figens radiantia lumina cœlo.
Hinc oculos mox aduerſum contorquet in hoſtem,
Inſignem criſtam quatiens, collúmque iubatum,
Et caudam vario tinctam diſcrimine plumæ,
Et molitur iter tardóque ad prælia paſſu
Tendit. At vt ſpatio tantum pes ſeparat vnius
Corpora bina neci deuota, recolligit omne

Robur vterque pugil, vires & contahit intus,
Donec adhuc resident mora paruam exercuit iram
Sublati & terra incipiunt præludia pugnæ,
Mutuò se rostro excipiunt, oculósque decoros
Ictibus imprimis lacerant, latera vndique plumis
Denudant, collúmque suis calcaribus vrgent,
Perfodiunt pectus morsu, dum sanguine manant
Vulnera, & emissum sequitur mors tarda cruorē.
Alterius titulum & tumulo subscribit honestum.
At quem semianimem vitæ fortuna reseruat,
Nec passa est Lachesis mulctatum funere acerbo
Oppetere & pugna quæsitos cernere manes,
Ille diem fati exspectat, virtutis honore
Perfruitur, laudat glocitantum turba quiritum,
Et proceres inter medius fert præmia larga,
Lætatur gaudens plagas monstrare cruentas,
Atque salutari victor: matrésque nurúsque
Ingeminant laudes, Cereris medicamina membris
Addunt & molli declinant corpora lecto,
Aut blandè in solido faciunt requiescere signo.
Adsunt nec gloßire audent, magna oua relaxent
Quamuis ventris onus pariendo, rumpere somnos
Ne cogant, fessos requies quando irrigat artus.

Verba

Verba carere fide si creditis ista, videte
Ales excubitor quæ edet spectacula vobis,
Dum canet inuidia sibi ne eripiantur honores.
Et si quis Stoicus censor, quem nulla voluptas
Delectat, vel quem maneat certaminis huius
Gloria, qui haud curat libros voluitque teritque
Aßiduè, & nequeunt quem publica festa iuuare,
Cogitur ille tamen vocis suffragia Gallo
Præstare, ingratus meritis ingentibus esse
Ni velit & socium male deseruisse fidelem,
Qui noctem lucemque tribus disterminat horis,
Et vestro studio qui signat commoda cantu
Tempora, quando procul veniente Luciferi ortum
Præsentit. somno sed frustra tempora versat,
Adspicite hinc oras galli quæ nomina gestant
Terrarum, fluuij, gentes, clarique poëtæ
Gallia Cisalpina, Togata, Comata, Aquitana,
Et Gallogræci, Galatheæ & nomina nympæ
Gallumbri & Gallandini Cybeléque ministri.
Et fidei princeps Petrus, cui Christus ouile
Commisit. claues tradens & vincula cœli,
Exuvijs cuius multum nunc Roma superbit,
Perfidiæ lueret crimen, sub tartara missus,

Voce

Voce sua Gallus lacrymas, fontémque doloris
Si non pressisset, mentem ad meliora vocando,
Postera Relligio dein iuxta insignia Christi
Assiduam sedem. Gallo dedit atque sacrato
Cristatus trunco, nullo indignante volucri,
Adspicitur, colitúrque ex illo tempore honore.
Et quasi numen habet, templísque arísq; receptus.
Si Titania auis generosi sanguinis ortu
Præcellit, sceptrísque potens nunc regnat auitis.
Nec præclara notis infecit stemmata nigris,
Degenere, obscurando genus factóque nefando,
Huic adimant veterem cur nostra hæc sæcula ho-
Cur viuat Gallus patrijs insignibus orbis (norem?)
AEtatis vitio? tribuit censura seuera
Priscorum ornamenta illi, cur tempora nostra
Huic adimant? procul hoc iuuenes Diuũ pater ipse
Auertat, neu iudicio culpa hæreat ista
Vestro. si valido virtus sub pectore certat,
Si par ingenio facies concessa decora,
Sique habitus vultúsque decens præstantia mentis
Et formare gradum facilem quæ femora possunt
Natura indulsit, quæcumque in rege requiras:
Consilium prudens, canæ & pietatis amorem,

Et

Et facti dictique fidem & quæcunque secundas
Res ornant regésque decent, regnúmue petentem,
Si vires bellum expertas, martémque cruentum.
His si non meritis tribuatis sceptra volucrum
Gallo, sed veteri spoliatis nomine regis,
Vtilitas vincat causam, vectigal & ingens,
Vnus Gallinis cum tot præfectus, ad oua
Sufficit & teneris pullis, quibus incubat, absens
Si fuerit mater, festinâ aut morte perempta
Ante diem. Fortem fortes ornate triumpho
Perpetuo & Galli decurrant carmine laudes.

ANTONIO IOLIO
Sacerdoti.

SVme tibi incultæ quæ mitto verba Thaliæ
Nexa salutiferis, vir reuerende, modis.
Accipe quæ Iani tibi carmina mitto Calendis,
Munera amicitiæ queîs dare quisque solet.
Lætior vt viuas oro & felicior atque
Pauca tibi austero deme supercilio.
Attere nec dulcem per tot ieiunia vitam,
Communique velis viuere lege. Vale.

PHL.

PHILIBERTO BIRNVTIO.

FElix sit anni principium noui
Mensisque Iani hinc exoriens dies
Primus, tibi Philiberte & idem
Auspicijs redeat secundis.
Candore certet moribus & tuis
Fœdis carentem sordibus, & niuem
Lux vincat: & mentem serenam
Possideas vacuámque curis.
Non te reclinatum videam mala
Sorte in cubili aut sollicitudine,
Cor anxium portare circum,
Aut triplices trepidare Parcas.
Fortuna iniquo seu quatiat ioco,
Spem te fouentem & fecerit irritam,
Seu copiæ cornu beârit,
Consimiles retineto vultus.
Fato Deus nam temperat omnia,
Immobilis Diuina necessitas
Cunctos premit: frustra laborat.
Figere homo capiti capillum.

AVGV-

AVGVSTINO LANGOSCO.

PHæbus extremis veniens ab Indis
Roſcidas mundo reuehit quadrigas,
Et nouo tandem reparatus orbe
Naſcitur annus.
Sit precor fœlix tibi, candiduſque
Menſium primus, comiteſque lunæ
Proſpero, Langoſce, tibi reponant
Alite luces.
Grata ſit præſens tibi vita, quidquid
Inſuper Diui adijcient benigni
Temporis, nec tu potiore malis
Viuere ſorte.
Conſcia effœtam exhilaret ſenectam
Mens bene, abrumpat violenta ſtame
Parca nec vitæ, placidè quieſcat
Vmbra ſepulti.

PETRO ANTONIO.

DIcère noſtro tu quoque carmine,
Hoc, Petre, poſcit nam probitas tua,
Meren-

Merentur & mores pudici,
Moribus ingenium gemellum.
Te literatum sermo probat tuus,
Iurísque consultum titulus probat,
Mos arguit vultus seueri
Non vacuum sophiæ esse pectus.
Ducis beatum liber ab omnibus
Vitam procellis; credula non tuam
Spes aut dolor mentem fatigat,
Non populi instabiles honores.
Tu congerendis diuitijs modum
Ponis, nefas hunc constituens tibi
Transire, sat tellus reponit
Assiduis agitata rastris
Paucásque chartis Socraticis locas
Horas diei. Mars minus heu ferox,
Mihi inuidens artes Lycæi,
Exiguos terit vsque census.

AD IOANNEM DECVLEONEM PATREM.

QVænam senectæ tandē aderit quies
Vel quæ laborum meta dabit tibi
Defuncto

Defuncto edaci cura inanem,
Sorte aliam potiore vitam?
Caïstrÿ namque albior alitis
Plumâ, & recenti candidior niue
Coma, arguit vitalis auræ
Fomitis & calidi recessum.
Te non inermis turba clientium,
Non diuitum ardor, non populi fauor
Euexit ad magnos honores,
Sed studium patriæ tuendæ.
Fidésque castæ iustitiæ soror,
Mentisque robur cedere nescium
Culpæ, nec expugnanda virtus
Diuitÿs Arabum beatis.
Sæuis vt ilex pulsa Aquilonibus,
Rupésue lato enata sub æquore
Immota durior marinis
Fluctibus aßilientis vndæ.
Talis secundis est animus tibi,
Fortuna rebus seu faueat lubens,
Vultu sereno, seu reuerso
Perniciem minitetur orbe.
Te vidit vrbis munere publico

Cœtus

Cœtus virorum cum ſapientia
Iungentem, & auertiſſe triſtes
Conſilio patriæ ruinas.
Iam pone curam & ſollicitudinem
Maturus annis, degener heu nepos
Exit, dabitque auum futurum,
Crede mihi, vitioſiorem.
Creuit ſuperbus faſtus opum comes,
Sternuntur vrbes ſeditionibus,
Cultus Dei multas per aras
Thure vacat ſolitóque honore.

Precatio ad Deum Calendis Ianuarij.

CArmina, Iane, tuis dederim cùm multa Calendis.
Flebilis hæc reſtat nunc elegia mihi.
Omnia cum ſocijs optarim proſpera, cura eſt
Sollicitem pro me Numina ſancta prece.
Quattuor, heu, luſtris durarant ſtamina vitiæ
Martis cum patriâ iuſſit abire furor.
Audi, ſumme Deus, cœli terræque monarcha;
Exaudi precibus carmina iuncta pijs.
Non peruertat amor mentem ſceleratus habendi,

Aura nec in vitium me popularis agat.
Non tam dura inopis paupertas tecta fatiget,
Illicitâ vt nostras instruat arte manus.
Nemo mihi noceat, nec sit nocitura voluntas,
Neu vitam abrumpant sæua aconita meam.
Non arcus pueri imberbis, volucrésque sagitta,
Non premat illecebris nos inhonesta Venus.
Candida transactæ maculet nec stamina vitæ
Dedecus, infami dedecoríque notâ.
Non frangar lacrymis. cuiusquā aut funere cres-
Consumat corpus nec mihi liuor edax. (cam,
Sint sancti atque hilares, vel nulli sint hymenæi,
Sítque comes lecti casta pudicitia,
Sit mentē exhilarans Bacchus, non munere priuās,
Fulgeat & mundis lancibus alma Ceres.
Non sit magna domus, sacris sed commoda Musis,
Displicet anxietas, munditiæque placent.
Conspicere ante obitum saluos concede parentes,
Claudere & admotâ lumina cara manu.
Pace mihi patriam da & relligione vigentem,
Hinc me exoptatis ciuibus adde meis.
Post mundi tempestates, variásque procellas
Denique sint portus cœlica regna meus.

Illustri

Illuſtri ac Reuerendiſſ.

D. IOANNI FRANCISCO BONOMIO,

Vercellarum Epiſcopo ac Pontif. Legato.

THreïcius Boreas Zephyro ſuccedit & arcto
Sol deſerit nos tramite.
Languida demittit medio ſua lumina Olympo,
Breuéſque contrahit dies.
Expedit & noctis partem adijciendo labori
Proferre vitæ terminum:
Squalet ager, grato ſyluæ ſpoliantur honore,
Vnúſque niueus eſt color
Omnibus in rebus: nec ſeſe continet alueo
Ripæ ſuæ amnis immemor.
Arboreæque cadunt nudato ſtipite frondes,
Mutántque ſedem hirundines:
AEſtiuus quoque flos & amœni Veris odores
Longum vale dicunt agris.
Quamuis chara tibi, tandẽ quoque rura relinques,

Et

Et nos tuâ præsentiâ
Exhilarans, te vrbi, Antistes dignißime, reddes
Sacrâ decorus infulâ:
Et mecum populus noua gaudia ducet ab imo
Deprompta lætus pectore.
Præceptis studeo sophiæ restinguere curas,
Obliuioni & tradere,
Tot patriæ casus & ineuitabile fatum
Animi delere sensibus.
Sed natale solum, dilectáque cura parentum
Insedit imis cordibus.
Quósque frequens vsus Theseo iunxit amore,
Fidésque chara amiculi,
Sæpius abripiunt & Lisæ ad flumina sistunt,
Constare me mihi non sinunt.
Hinc iterùm rediens physica ad præcepta relabor.
Vicißitudini omnia
Et fato subiecta Dei: Rès crescere paruas
Cornu beato copiæ
Qui facit ex humili summa ad fastigia rerum,
Grauiore dæin casu vt ruant.
Stultitia est Superis hominum prudentia summa,
Ridéntque res mortalium.

Sic

Sic olim populum Babylonica regna struentem
Immensa adegit vanitas,
Vt cœlo æquaret surgentem molibus aulam:
Sermone diuiso Deus.
Consilium euertit, subito discrimine linguæ
Operas inanes dissipans.
Sic regnum Assyriæ ac Macedonica regna Philippi,
Venere tandem sub iugum.
Romanæque aquilæ, victricia regna, secures
Facésque consulum decus,
Romáque totius mundi saturata triumphis,
Subiecta Cæsaris est iugo.
Et superata suas repetiuit Gallia plumas,
Aléſque victrix vincitur.
Et rursus longo vastata est Gallia bello
Nunc viribus Belgæ ruunt.
Omnia sors versat, nil non mutabile in orbe,
Nosterque nos finis manet.
Salue igitur patria, Ausoniæ dũ me fouet aura &
Antistitis benignitas.

REVE-

REVERENDO IN CHRIsto patri Columbano Franco, Ecclesię Petri iuxta Gandauum Abbati dignissimo.

ANtistitum postquam sacrata dextera &
Ritè reuocato numine,
Ruêre templa, ciuium tumultibus:
Nabugodonosor ferox,
Quondam beatæ regulorum Flandriæ
Fractis, sepulchris, impio
Ausu, reposita (eheu ferum spectaculũ)
Dispersit ossa Manium,
Exemplo inaudito priore sæculo,
Babylona ditans aureis
Donarijs, abacum instruens, cubilia &
Meretricis Arphaxateæ,
Confusionis porrigentis cantharum
Mundi bibendum satrapis.
Tandem misertus cladis immensæ Deus,
Sereniore lumine,
Contaminatum à plebe barbarâ locum,

Nouo instituto præsule
Lamberto, ad aram Christianæ victimæ
More expiari mystico
Concessit ille sparsum Iudæ & Beniamin
Collegit intonsum & gregem
Psallentium: verso vetusto rudere,
Renascituræ ecclesiæ
Fũdamina expurgauit Esdra Nehemias
Succedis alter vt domum
Priscam reducas ad suprema culmina,
Videnda non siccis genis
Hæreticorum, ouile qui circa tuum,
Vt sæuus vrsus ingemunt:
Et execratis ara rupta machinis,
Quadro refecta marmore
Resurgat, impiguante cornua balsamo
Episcopi fuso manu
Tibi hic licebit, præsuli gentis piæ,
Laboriosa spernere,
Nec profutura, quæ facessit improbè
Mundi furor, certamina.
Paschalis agni sub triumpho nobili,
Aut Galileæ nuptijs,

Mutata

Mutata vina auctore Christo fundere,
Haustusque magnos tollere,
Qui deinde stillent pectus in gregis tui,
Ferrum induente sæculo,
Fuga, ô beata, quæ tibi & sodalibus,
Insania vulgi procul,
Blandiniano è vertice orbem cernere.
Qui sidit ad pedes tuos,
Curásque inanes præbuit: quando iuuat,
Apis matina sicuti,
Libare sacros surculos, propagine
Quos deinde nobis inseras,
Emancipatis seruitute Ægyptiã
Cleopatræ & Conopeo,
Docens perusta Christi mẽbra sub cruce.
Noxâ solutos sumere, &
Salientibus vitæ futuræ fontibus,
Haurire gratîs poculum.

AD SERENISSIMVM ARchiducem Austriæ Ernestum carmen anegyricum.

Sit precor felix tibi clavus orbis
Traditus nostri, iubar ô coruscum
Austriæ, nostro rutilans sub axe
Nubila pelle.
Horridam Mauors galeam reponit
Ægida & Pallas: satis heu tumultus
Bellicus ciues tenuit furentes
Sanguine fuso.
Pax redit flauis olea reuincta
Frondibus: mores redeunt auiti,
Belgiæ & ritus, duce te probati
Inclyte Princeps.
Scindet & tutum Oceanum carina,
Et tibi portum Thetis vnda pandet
Et minax quondam sua regna post â
Nereus irâ.
ImperI custos reuerenda vultu

Celsa

Celsa Maiestas solio resedit,
Et fides per te, peitas pudorque
Iura resument
Vrbibus legum timor atque honoris
Præmium, iustis moderata frenis,
Æoli longis reuocata terris
Reddita gaudet.

Ad Sereniss. & Illustriss.

ALBERTVM AVSTRIÆ

Cardinalem de Victorijs partis in Belgio.

AVreum sydus repetente Phœbo,
Aureâ latâ recinam coruscam
Cæsarum stirpem genus & vetustum
A Pharamondo.
Te canam magnum columen ruentis
Belgiæ rebus (decus ô sacratæ
Purpuræ) excelsas humili premendo
Carmine laudes.
Credula heroas sileat vetustas,

Alitis plumam Ioue mentiente
Editos, multo Superûm aut cachinno,
Coniuge Martis.
Plus vice humanâ diadema cœlo
Austria figens, renuis vocari
Celsior terrâ, gener alme regum
Terrigenarum.
Indoles sed te rapit atque virtus
Pegasi pennis, domitâ chimærâ,
Nobilis lauro, super astra more
Bellerophontis.
Quid tuus posset Genius paternus,
Ductus à recto decorante cultu,
Aurifer testis Tagus atque Iberis
Additus Ana.
Sensit Henricus violenter instans
Galliæ sceptris, populi patrúmque
Iussa contemnens, apicémque sanctæ
Relligionis.
Ludis hinc falsâ obsidione Fera,
Ocior vento reuocans cohortes
De plagâ Australi, Morini per arua
Frigidam ad Arcton.

Sic

Sic vbi celsâ regione cœli
Æoli septis Nothus exit alis,
Imbrium fertur variæ & procellæ
Agmina ducens:
Bellicosus qua Oceanus remugit,
Iccÿ hinc portus latera, hinc Britannos
Verberans vnda, auspicÿs secundis.
Prælia misces.
Ducis armatas acies Calesi,
Ocio longo malè feriati,
Mœnibus classes celeres trahendo
Per vada Ponti.
Vincitur nostris inimica terris,
Machina, Vrbs, belli quatiente muros,
Et stupet Nereus sua regna propter
Classica signa.
Spiritus heu Sardanapale inaudax
Pone, neu fide indomita fremendo
Arce, Gordani, citò mancipanda
Degener hæres.
Austriæ Princeps tibi populóque
Dexteram tendit: periture cessas
Perdere, ah saltem populi immerentis

Fata coërce.

Militum irrumpet ſubito corona
Inhians gazis, tibi peierato
Vinculum nectet, dominúmve in aulâ
Enſe necabit.

Omine hinc dextro, ſtratagema belli
Applicas Arda, tua per ſtatiua,
Velites cogis, pauidóſque ciues
Pandere portas.

Hinc mouens ſolis gelidos ad ortus
Castra, qua fluxu maris ac refluxu
Vnda perfuſis dominatur agris
Aggere rupto.

Inſequi mandas ope Dædalea
Vincere aſſuetas iuuenum cateruas,
Pube demerſas in aquis, carinæ &
Remigis orbas.

Impari quamuis fera bella, Marte,
Erudis, dextrâ gladium rotante
Fulminis glande penetrare vallum
Hoste necato.

Batavus quinâ ſtatione victus,
Vulneris cædiſque ſatur gemiſcens,

Vrbibus

Vrbibus ciues spoliare, tandem
Parcite dixit.
Mannulo vectus generosus heros,
En tibi, lethi impauidus, nec orcum,
Nec timet nentes sua vel suorum
Stamina Parcas.
Nullus Hulsti iam locus est sepulchro
Robur & belli cecidit, domumque
Saucios pugnâ reuehendo cimba
Fessa dehiscit.
Vulnere ast virtus sua crescit illi,
Prosperos faustósque agitat triumphos,
Indolens vinci, meliórque victus
Surgit in hostem.
Hinc Deo laudes canimus potenti,
Sospitem qui te & celebrem trophæo
Reddidit nobis, Hierarcha, gratâ
Panguimus odê.

VALEDICIT VRBIBVS, in quibus habitauit peregre.

Valete multũ nobiles Vercellæ, aquis
Cœlóque fæcundißimæ,
Antistite & sacro beata Bonhomio,
Vos me tulistis exulem:
Docta & Lutetia, populo frequens,
Et Galliæ Francæ caput.
Valete sparsi inter niuosas Alpium
Heluetij rupes, meam
Operam boni qui consuluistis dum comes
Episcopi atque Nuncij,
Ibam per alta, pro loca & decliuia.
Vesontio vale sacræ,
Et clara litteris Dola, Cabilo vale,
Valete Graij amabiles;
Vósque inclytæ Burgundiæ vrbes ceteræ
Melioris æui tempora
Quibus dedi dum litteras docui palam,
Linquendo famam posteris.

Burgun-

Burgundia respondet.

ERgo non ullâ prece demouenda
Mente stat Gaios, pereunti ab imo
Belgio mutare, & inauspicato
Sydere abire.
Sis licet velox fugere hinc, solumque
Te vocet natale, tamen mouendus
Audias, quamuis facili nec aure,
Dicta canentis.
Viue ubi malis, memor ast amantis
Antij, quando Dea te pigentem
Consil fallet, quatiétque stantem
Versa columnam.
Mœnibus num te patriæ caducis
Fidis? hostiles tibi quando turmas
Vndique effundet Borealis vrsa,
Bella ciendo.
Ad manum si non venies, coronâ
Nec lacesset te, si uticas & vncos
Minitans, summam imperij vocãdo ad
Prælia Martis.

At tamen miles tua qui sequetur
Castra, plus hostis gladiis cruentis
Sæuus, hibernus inimica castris
Facta patrabit.
Audies rixam populi frequentem,
Audies cædes & inulta furta,
Ciuium & planctũ & iuga ferre plebis
Nescia corda.
Ante formosam hanc faciem senecta
Induet, ruga vitium & capillo
Ibis orbatus refugo & decore
Marmore malæ,
Ocium quam tu videas, & hastam,
Mars ferus condat, galeã & Minerua,
Vomerem in ferri coëunte telo
Pace sequestrâ.
Quin mane, & nobis melioris æui
Tempus impendas: ad arma, ad arma,
Euocet nemo neque militaris
Buccina clangat.
Mœnia hæc nullâ penetranda glande
Sospitem cingent foris, & propinquo
Colle cum Nymphis Satyrisque Bacchum
Carmine

Carmine dices.

Dapsilis musti tibi præla fundent
Cantharum, si non cupies vetustum
Conditum, testâ prius haud reclusâ,
Cæsare Carlo.

Iugeris centum reboant paternis
Vberes vaccæ, totidem iuuenci
Flandricis certant, pecus & Lisali
Gramine ludit.

Tedium postquam te Araris recurui,
Nobilis Thermis patriæque nostræ
Ceperit, sacra poteris Vesonti
Vivere in vrbe.

Quære nunc quæ te faciat beatum
Coniugem forma simili, corusco
Aëre intacto & locuplete censu
Belgia in oris.

Ibis ast ibis: tua pone Erynnis
Deseret nunquam, labor atque liuor
Pallidus: virtus tua erit superstes
Vilior vlua.

Fortè ne credas mea dicta ventos
Spargere, hinc omen tibi sume: dirus

Exen-

Exeuntem imber, gelidíque flatus
Vsque sequentur.
Fundit en gratos Venus alma odores
Veris, indulgent homines feræque
Gaudijs: sed te excipiet procella
Iráque cœli.

Lamentatio Iob.

NIgrâ est digna dies térque quater notâ,
Primũ quæ tribuit cernere verticem,
Phœbus qua rutilus Oceano comis
Sparso lumine tingitur.
Cũ nostra hæc redeũt tẽpora, quêis puer
Aluo delitui matris in intimâ,
Adsit (si vlla, precor, gratia Cœlites,)
Lucem non capiat dies.
Non sit qui pateris Bacchica munera,
Nullus qui Cereris dona ferat meæ
Mensæ, nec superos vota precantium
Natali capiant meo.
Æternum pereat nox, mihi quæ fuit
Vitæ caussa, meis casibus asperis,

Nullus

Nullus siderei lumine lucifer
Illustret radijs polum.
Cur natum genibus quæso tulit suis
Mater? quin potius prima ab origine,
Præceptum, veniunt quo male singuli,
Fœtum misit ad Inferos?
Lac cur turgidulo traxit ab vbere
Os? Cur non tenebris clausus in infimis
Ventris, mox perij? non miser vndique
Tanto tempore viuerem.
Iam non vlceribus corpora pessimis
Languerent, scabie squalida nec cutis,
Vxorem esse procul non faceret meam:
Sinceros nec amiculos.
Bis quinque vna dies, quos genui, abstulit
Natos, mille boues, horrea maximis
Vna cum domibus, quidquid opum fuit
Fortuna, in cineres dedit.
Ast hoc cum quatitur tot caput vndique
Telis, nec misero corpore sit locus,
His tantis maneat qui vacuus malis,
Quid me viuere, quid iuuat?

O Re-

O Rector Superûm, præmia qui bonis
Iniustisque malum contribuis, tuæ
Frustra tanta hominem signa potentiæ,
Cuius vita breuis, petunt,
Vt puluis rapitur traxit in aëra
Quem ventus; folium sicut in arbore
Quassatur, tumidis sicut aquis solet
Lucens bullula surgere,
Tam fluxa est hominis vita, nec ultimus
Est quisquam ante diem, qui sibi dicere
Possit, Nulla meum iniuria prosperum
Cursum vitæ adiment mihi.
Verùm si placeat Cælituum pater,
Vmbras me ad Strygias mittere, spiritū
Vnà cum famulis hunc capias tuis,
Quoquo fata trahant modo.
Vt, cùm concutitur machina cælitus
Mundi, cùm tubicen triste receptui,
Cantabit, statuar dextera oues vbi
Sæuis eripiet lupis.

DE

DE CIRCVMCISIONE IESV CHRISTI.

SIste veloces Phaëthon quadrigas,
Siste sol cursus celeres equorum,
Quam diem voluis, maculāda primo est
Sanguine IESV.
Quivis ab pœnas regij puelli,
Quivis ærumnis pueri excitatos
Cernere fletus, Samiâ & secunda
Corpora testâ?
Aptius toto fugies Olympo,
Aut Orionis latitabis astro,
Nube, ne morem videant seuerum,
Sydera condens.
Nobilis virgo intemerata partu,
Nuptiarum expers, thalami & virilis,
Creditum pignus fouet, educatque
Vbere mater.
Fidus ast Ioseph, dominæque custos
Traditus, partem capit hic laboris:
Aduocat legis veteris ministrum &
Nomen

Nomen alumno
Indit, octauâ redeunte luce
Quod memor virgo didicit, priusquam
Concipit verbi auspicio carentem
Semine fœtum.
Arbiter mundi, genitorque rerum
Vagit, Isaci generisque signum
Suscipit, circum genitale primâ
Scinditur orâ.
Mitte singultus pia mater, ortu
Et quater deno redeunte sole,
Solue quas poscit, geminas volucres
Mascula proles.
Antè sed Reges venient Eoi,
Supplices natum vt venerētur, aurum,
Thuris & glebas, Pharium & liquorē,
Dona ferentes.
Æthere hinc nostros miserans labores,
Respice ægrotam fideique plebem, à
Semitâ errantem, populo imminentem
Respice cladem,
Amputa nostri bone Christe lapsus
Fomitem primum, dominæque carnis
Compri-

Comprime insultus, animíque rectam
Suggere mentem.

DE MARIA VIRGINE Lustrata.

TEmpli lacunar verberat aureum
Flāma insolens, & cereus in manu
Plebis, sacro lustrationis
Festa notans renouanda more.
Sebacea hinc funalia sint procul,
Quîs Stupa tetris spirat odoribus,
Pinguedo quos taurina nutrit,
Naribus officiente fumo.
Præstet lucernis cera alimoniam,
Expressam apis quas casta dedit fauis.
Ignísque sit gratus, vaporque
Æthereas petat altus auras.
In veste purâ Mysta litat Deo,
Altare circum intonsa cohors canit
Hymnos, inauditúmque carmen,
Virgo Deum vt peperit puellum.
Nam casta tēplum hoc pompa subit die,

Lustran-

Lustranda partu virgo puerpera,
Dextrâ gerens natum, sinistrâ
Sacrifico geminas columbas.
Quæ signa cœlo protulerit pater
Cœlestis, olim quo faceret fidem
Hunc esse quem promisit orbi
Auxilium occiduo daturum.
Non lingua, non vis ingenij valet
Efferre: quanquã est credula mẽs tamẽ,
Monstris adactum Simonea
Fatidicum cecinisse carmen.
Ætate grandi cum foret obsitus
Annisque multis, cælitus hauserat,
Non ante descensurũ ad vmbras,
Quam dominum videátq; Chr[illegible]ũ.
Vates futuri hinc Numine præscius,
Infantulum cùm sisteret aureum
Mater Deo, auctorem salutis,
Excipiens tremulis in vlnis:
Confestim obortis cum lachrymis palam
Fatur, Mori me denique nunc iuuat,
Summe ô pater, promissa nunquam
Decipiunt tua, qui morantur.
Vinclis

Vinclis solutum corporis ocyùs
Mittis manu me, ut pollicita est tua
Olim fides, metam ad laborum,
Pace frui placida & quiete.
Mundo paratam namque oculi vident
Nostri salutem, gentibus omnibus
Lumen datum, pulsis tenebris,
Grande decus populis Iudæ.
Hinc multa matri prole super sua
Prædicit, & sensim gelidus sopor
Omnes viri serpit per artus,
Vitáque destituit loquentem.
Pudica ad auditas stupuit senis
Voces parens, ceu saxea, & auguris
Mirata responsum & repente
Exanimum posuisse corpus.
En Simeonis dicta probans anus,
Quæ lustra septem & dena obitum viri
Post vixerat, sacrata in æde
Assidua prece supplicando:
Tandem memor mundi Deus auferat
Labem vetustam, & filius è sinu
Descendat agnus qui cruoris.

Ingeni-

Ingenitam lauet amne culpam.

DE S. CATHARINA.

SIt procul nostris Venus à theatris,
Bacchis & castis inimica festis,
Pamphilus flammâ & calidus iuuēta &
Diræ Licoris.

Costidi sacrum recinamus hymnum,
Nobili palma & merito triumpho
Cui caput circum religata fulget
Trina coronâ.

Regijs gazis generosa virgo &
Stemmatis longâ serie coruscans,
Corporis donis, superante censum
Munere mentis.

Socratis libros tremulam ad lucernam
Voluere assueta & teneris ab annis,
Forma ne tardet properantem ad astra
Calle Sophiæ.

Vnde Maxentî rigidum ad tribunal
Sponte nil horrens animosa pergit,
Exprobrans illi iuga ferre Christi

Nescia

Nesciacorda.
Hanc in obsucrum tenebris tyrannus
Carcerem mittit, macies per ora
Serpit & pallor Cereris benignæ
Muneris orbam.
Carnifex illam rapit inde & vncis
Præparat ferri lacerare corpus,
Saxa quodvi visu rigidásque rupes
Flectere poßit.
Cælitus pœnæ rota fracta, lictor
Ense ceruicem roseam reuellit:
Martyris sanguis, niueúsque lactis
Prosilit humor.

DE S. MARTINO AD Pueros Christianos.

FEsto profanum ponite opus die,
Turpíque mens sit libera crimine,
Et præsulem laudate vestrum
Et merito decorate honore.
Pulsata eburno pectine barbitus,
Carmen sonorum temperet & lyra

Pæana

Paana Ma... nosonorum
Æmonia pueri canentes.
Sit lingua mendax, sit procul inuidis
Excita cordis de penetralibus
Vox improba, & sermo repostas
Exacuens odijs querelas.
Iurare mos est barbaricis viris:
Vos mente purà, vt Christicolas decet,
Ornate nunc altare diui &
Floribus effigiem benigni.

DE S. NICOLAO.

DIue, quem mater Pateræ nivosis
Montibus quondã peperit potentẽ
Regijs gazis, Nicolae auito &
Stemmate clarum.
Te canunt molli vacuæ marito
Virgines castæ, rosei pudoris
Nescia labis, solitæ iugales
Spernere curas.
Sorte tu patrem misera grauatum
Paupere in censu & generi parantem
Dede-

Dedecus, natæ ex [illegible] petendo
Corpore quæstum.
Reddis immunem sceleris nefandi,
Dote sat largâ genero fideli
Filiæ inuento & celebrare iussa
Sanctum hymenæum.
Te canunt fœdo vitio carentes
Mente sincerâ pueri, sub æuo
Quando tu vitam viridi peractã, haud
Commaculasti,
Simplici sic te teneris ab annis
Spiritu nuper geniti nepotes
Insequi discant, rigida æmulando ex-
ordia vitæ.
Parciùs discant Cereris decore,
Munere & Bacchi sapienter vti.
Ne caro mentem nimis heu rebellis
Crimine fœdet.

In Festo S. IOANNIS BAPTISTÆ.

M*Vsa Burgundæ modulata pubi*
Sæpiùs, versusage dic supremos
O Conci-

Concinens laudem grauiore plectro
Sancti Ioannis.

Annui ritus memor, ô iuuentus,
Vltimâ diuûm celebra choreâ,
Hanc pyram, circum referente passu
Tempora cantus.

Cuncta festinet iuuenum caterua,
Concidat syluæ nemus omne ligni
In struem, flammâ trepidante surgat
Vertice fumus.

In pyræ molem hanc alimenta ferte,
Ferte odoratum hypericum & zibeta
Mixta verbenis, manus hinc & illinc
Nulla retardet.

Edidit mater sterili senectâ,
Ordo naturæ stupuit, puellum,
Qui canit Christum scelus expiantem
Affore mundi.

Flore mox vitis generosa priles
Detrahit dorso Tyrios amictus,
Abdicat castis pecus omne mensis,
Pocláque Bacchi.

Non madet conchis nitido aut capillo,
Insolens

Insolens cultor popularis auræ,
Vrbis excelsis domibus relictis,
Scandit Eremum.
Asperam dumis & inhospitali
Squalidam luco: medius leones
Inter, & tygres, genus & luporum
Tutus oberrat.
Frigida est potus, cibus est locusta,
Vestis hirsuta coëunte fronde.
Petra ceruical, breuis & sub alta
Arbore somnus.
Donec est verbum caro ventre factum
Virginis puræ, miseræque plebi
Spem dedit vitæ, veterisque culpæ
Mite leuamen.
Inde deserti rediens ab antris,
Nunciat mandata patris supremi:
Semitam clamat meliore vita
Sternite Christo.
Venit hic agnus, ferat vt dolores
Criminum: sentes remouete cordis,
Aspera & planis & iniqua rectis
Vallis adæquet,

Concauis vox hæc reboat cauernis,
Reddit hac Echo, ingeminántq́ue valles;
Rupium anfractus Iericho & cadentum
Murmur aquarum.
Effice vt verbum hoc maneat repostum
Sensibus nostris, scelerum catena
Ne moram importet veniente sponso
Nocte suprema,
Quando iam stratis tuba sera mensis
Clanget, electis dabit interesse &
Nuptijs agni, male olente capro in
Tartara misso.

R^do^ IOANNI DAVID Sacerdoti.

ACcipe quæ Iani tibi carmina mitto Calendis,
Dauid amicitiæ cura decúsque meæ.
Tanta tua est probitas animíque modestia tanta,
Vt poscas vatem munera nulla tuum.
Est amor ille tamen quo me noménque tueris,
Dignus vt è largis dona feras opibus.
Verum non tibi res, animus non indigus huius.

Nec

Nec par est meritis gratia nostra tuis.
Mens tua diuitias alacris fastidit inertes,
Absentis non est ambitiosa boni.
AEráque cum spernas regum quæ signat imago
Carmina & ingenio dexteriore fluant:
Mittet quo careas quid vates paupere censu,
Quem superas animi corporis atque bonis.
Illa domi mitto quorum tibi copia magna est,
Et cum poßideas plurima, pauca damus.
Quin iuuat exemplo diuini Numinis vti
Et iungi morum proximitate Deo.
Non opis humanæ Deus indiget, attamen ille
Accipit à tenui munera missa manu.
Ille sibi gaudet libari quæ dedit; ille
Accipit è magnis præmia parua bonis.
Nil nisi Pierides, quîs te donamus, habemus,
Muneribus nostris proficis ipse nihil.
Vberiore fluant sic cùm tibi carmina ab amne,
Nostra subit venæ, vena secunda tuæ.
Addimus & puris impuras fontibus vndas,
Discolor eloquio est nostra Camœna tuo.
Lisa subit rapidum sua per diuortia Schaldim,
Turbidus & liquidas inficit amnis aquas.

Sic precor obtineant aliquem mea scripta penes te
Quemlibet angustum non meritura locum.
Exigit assuetum nam lux sollemnis honorem,
Pieridum inuitans ad pia sacra manus.
Illa dies agitur qua circumcisus Iesus,
Sub veterum gemuit relligone patrum.
Ille suis votis semper precor annuat aequus
Et tempus vitae sospitet omne tuae.
Atque racemiferas vastantem in collibus uvas
Expellat vulpem, quod capis, ipse malum.
Quique lupus rapidas satiatas sanguine fauces
Gestit, tartareis sit cibus ille lupis.
Almáque sublatis veniat concordia bellis,
Fidus Christicolum pastor ouile regat.
Praeficiátque viros vitâ eloquióque valentes,
Qui non assuerint vertere terga lupis.

Amico Innominato.

STemmate cum veterum vir sis illustris auorum
Artibus ingenuis non rude pectus habes.
Non sat erat claros factis aequare parentes,
Dotibus accessit cura secunda tuis.

Vngui-

Vnguibus à teneris artes tractare Mineruæ,
Queis dubium an superes nobilitate magis.
Languida nec potuit canis aspersa senectus
Emeritum doctis eripuisse libris.
Vrgeat & quamuis vrbis respublica sæpe,
Non sine fruge tamen labitur vlla dies.
Vidimus eloquij quantâ tibi flumina currant
Impete, verborum flumina quanta tibi.
Quali épulas Bacchúmque inter conuiuia condis
Sermone & mixto cum grauitate ioco.
More tuo nuper fidis comitatus amicis,
Quorum de numero pars aliquanta fui.
Arboreum placuit pranso descendere ad hortum,
Quæque adiuncta tuis ædibus arua iacent.
Hîc tu grandæuus pendentes arbore fructus
Tinctáque non ficto poma colore vides.
Aspicite ô socij, dixisti: aspeximus omnes,
Vt sunt venturæ nuncia poma hyemis.
Aspicitis varios positos ex ordine truncos,
Deserit hic frondes, firmiùs ille tenet,
Reddidit hæc arbor maturos mille colono
Fructus, in paucos distulit illa dies.
Vis eadem ac natura soli, non parcior illi

Cultura, aut isti est cura nouata magis.
Soluerat hîc dubiam tua vix facundia mentem,
Visáque adhuc cœpti lingua diserta tenax,
Cùm subitò excipiens alius, qui talibus infit.
Vir grauis hanc formam tarda senecta gerit.
Frondibus vt ramos spoliatos frigore cernis,
Sic sunt longæui tempora nuda senis.
Quid velit in promptu est, verbis tu parcere nescis,
Nec deserta suo est caussa patrocinio.
Non bene decrescens ætas cum tempore brumæ
Conuenit, illa, inquis, nam sine fine perit.
Hæc quibus exemplis sententia mira probari
Posit, tu solita percipe fronte precor.
Scilicet ætati succedit pomifer annus,
Vere nouo finem frigida bruma capit.
Et sic perpetuis vicibus noua tempora rebus
Dat Deus, & rapidi fluminis instar erit.
Cernimus hoc nitidum obscuræ succedere nocti
Lumen & Oceano surgere solis equos.
Lunáque & exiguis primùm se cornibus effert,
Et mox integris ignibus illa micat.
Denique quidquid id est magnus quod cōtinet orbis
Sarcit principijs damna priora nouis

Verùm

Verum lapsa ætas nulla est reparabilis arte
Hinc veneranda suo fine senecta perit.
Si semel induitur duris cutis aspera rugis
Rarus & in cano vertice crinis erit;
Flectere non poteris fatorum numina Parcas,
Nec vitæ in lanam vertere fila rudem.
Tempora nec calidæ poteris reuocare iuuentæ,
Nec blandos pueri rursus inire dies.
Quod si vel superes viuacis sæcula cerui,
Corporis haud fient damna minora tui.
Formosum minuit Tithonum longa senectus,
Et piguit senij Nestora sæpe sui.
Ergo ætate nouâ haud renouatur cana senectus
Et veneranda suo fine senecta perit.
Littera cum causis finit, tu perlege vultu
Quos mitto versus, vir generose, bono.

Amico Innominato.

QVod mea sit curæ tibi vir charißime vita,
Nomine debetur gratia multa meo:
Auctorem è populo seu quis se præbeat huius
Consilij, stimulis seu facis ipse pijs.

Hortaris subeam meliori numine ductus
Quæ sunt sumpta tibi munera grata scholæ.
Vt mihi vobiscum non segnis cura docendi
Incumbat, pubi dem documenta rudi.
Vt modo quos vrget tenuis fortuna parentum,
Quósque vetat patrias sors sua tangere opes.
Me duce carpentes latiæ bona semina linguæ
Palladiâ discant arte latina loqui.
Hortaris fugiam perituri fercula mundi,
Nec mea spumanti pandere vela mari.
Vtque comes vitæ fiam morúmque tuorum,
More sacerdotum vertice tonsus eam.
Dic vtri insedit melior sententia menti,
Sollicitus nauta est qui rate scindit aquas.
Est labor infirmam portu retinere carinam,
Eruta cùm moto feruet arena freto.
Extimet ille tamen grauiora pericula terræ,
Obstructum insidijs cùm videt illud iter.
Ante diem bellis aßumptos audit iniquis,
Multos hostili qui cecidêre manu.
Atque alijs vario fortunam illudere casu,
Terræ quam ponto tutius esse nihil.
Est alius latum qui semper despicit aruum,

Abstinet

Abstinet & blando quamlibet usque freto.
Attamen ille manus non effugit usque latronum,
Et prudens culpâ non vacat usque sua.
Dúmque sibi tuta posita est fiducia in arce,
Marte vel exiguo sollicitante cadit.
Tunc risum turbæ tollunt impune per urbem,
Notior & toto fabula nulla foro est.
Quamlibet ast fortis metuit fera murmura ponti,
Nomine sunt ipso pæne timenda suo.
Parcius & vulgi poterunt ridere coronæ,
Si quis in æquoreis brachia iactet aquis.
Sic metuo rabidam cupiens vitare Charybdin,
Ne recidam in Scyllæ naufraga saxa ratis.
Namque tibi pridem parta est victoria pugnæ,
Et superas curas altior ipse tuas.
Ast imbellis ego crinitarum angue sororum
Horreo non nostra bella gerenda manu.

ANTONIO MEIERO.

SVnt mihi ab impressa tua carmina reddita cera
Libera, & ante oculos pagina aperta fuit.
Sic credo est animi candor tuus, undique mundus,

Et meus in latebris nescit habere dolum.
Vt vidi, agnoui, tenues per scripta lituras,
Vestra solet parcis scribere dextra notis.
Si tibi Cortraci sunt dulcia mænia, causa
Vxoris, quanto dulcior ille locus
Esse mihi debet, tribuit qui cernere solem
Primum, lactanti fouit & à puero.
Hic vbi resplendent vestigia clara parentis,
Atque genetricis symbola cara meæ.
Ad quorum sacros cineres memorémque fauillam
Profluit ex oculis humida gutta meis.
Namque doles, te Cortraci, quia coniugis ortus
Extitit, excludi finibus immerito.
Causa mea est potior: mea me natura trahúntque
Insita naturæ semina chara soli.
Non etenim solus pater est mihi originis author,
Principium ast Phœbus sideráque ipsa poli.
Et patriæ genius nostris inseuit amorem
Ossibus, ætati fit comes ille meæ.
Quæque meum corpus mutat loca, mutat & ille
Patriæ amor, sensus consequitúrque meos.
Natalisque soli sese mihi præbet imago
Per saltus, rupes, ruráque plana means.

Igni-

Igniculisque suis tacitis hortatur eodem,
Vt condam cineres cum genitore loco.
Cætera quâ longo crescit tua epistola versu,
Complectens lepido carmina sparsa sale,
Materiam risus relegenti sæpe dedêre.
Gaudeo te senio liberiore frui.
Credo quod à sæuis Artesia dissidet armis,
Miles & à vestris finibus omnis abest.
Ingenium vobis requies hæc præstat amœnum;
Obruitur longis mens mea fracta malis.
Nunc turmæ hostiles, nunc qui socia arma sequuntur.
Diripuit nostras, quîs aleremur, opes.
Tot mala tam multos quæ me comitantur in annos
Impediunt genio me exhilarante frui.
Quodque meis loculis regale numisma solebat
Splendere, hinc abijt, deseruítque fides.
Et felix quondam, nunc nostra miserrima tellus,
Rupit & immodicus pectora nostra dolor.
Quémque refers annũ, credas mihi, Meiere, fluxit
Feruidus, innumeris insenuítque malis.
Et sophiæ gelidâ calidos conspergimus ignes,
Pœnitet & mentem, si iacet in vitio.
Et magis aspicimus quid sit sub lege decorum

Connubij

Connubij, quàm quod vina Venúsque docent.
Et quid perpetuo felicia fœdera lecti
Efficiat, casti coniugijque fidem.
Moribus & referat quo proles rite parentem,
Cuius in auxilio consenuisse iuuet.
Vel tales thalamos vel nullos opto hymenæos,
Inclinaße mea & cælibe membra thoro.

Ad Episcopum Cabilonensem.

P*Ræsul & antistes populi Cabilonis, amœnum*
Cuius Arar vitreis mœnia cingit aquis.
Accipe, debueram quam linguâ ferre salutem
Alterno missam, vir Reuerende, pede.
Hospitis aduentum Musæ neu fronte seuerâ
Excipe: at in magno sit grege parua pecus.
Munere & illius mihi sit quoque gratia apud te
Parta, tuóque aliquo quolibet adde loco.
Non equidem pretij sunt nostra poëmata tanti,
Dignâque iudicio non reor esse tuo.
Candor at ingenij naturæ proximus heres,
Qui decus & vitæ est gloria magna tuæ.
Supplebit paruas quæ sunt in carmine vires,

Crescet

Crescet & ex illo grandior ore sonus.
Eque tuis sacris exibit fontibus ad me
Riuulus, in pectus transilietque meum.
Fertur Elisæi quondam sic spiritus ore
Exisse & meritis ora replêsse suis.
Excelsum ex humeris quamuis Ecclesia munus
Dependet Christi & publica cura gregis.
Fama tamen nuper de te præconia fecit,
Et mihi non dubiam præstitit illa fidem.
Tot mala, tot casus, tot longæ tædia vitæ,
Ponere te studijs carminibúsque pijs.
Vtque solet liquidis cantando cygnus in vndis
Funeris exequias concelebrare sui;
Sic tempus, tibi quando instat decliue senectæ
Absumis sacris cantibus ipse diem.
Mystica te sophiæ iuuat & lustrare vireta,
Graiis seu Latijs sint perarata notis.
Ille liber geminæ distinctus nomine legis
Sæpius ante oculos ítque redítque tuos.
Hic iuuat aut primâ spaciari in origine mundi
Et legere auctorem, ducimus vnde genus.
Quæ rerum facies, cunctis animalibus orbus
Tunc quando orbis erat, quas habuítq; vices.

Vt terræ ex glebâ humanos formauerit artus
Intulit & vitæ flamina cunctipotens.
Sed tibi præcipuè Pharium legisse prophetam
Cura & ab excelso oracula scripta Deo.
Hinc quæ dispositis cantabat carmina neruis
Dauid, laus gentis præsidiúmque suæ.
Sæpius & similes tu te conuertis ad artes,
Atque refert hymnos barbitus alta tuos.
Thesbites legitur venturæ præco salutis,
Nascendi & pueri virginis ex vtero.
Hinc tibi materiam qui conuenêre in eandem.
Et desiderij est vna cupido pij,
Quattuor authores voluntur veridico ore
Doctrinam Christi & grandia facta canunt.
Quæque agitante Dei sunt scripta volumina eodem
Numine, quæ vitæ & regula certa bonæ.
Quíque super Petrum hanc fidei fundamina prima
Construxere pij per monumenta patris.
Omnibus his pietas magna & reuerentia scripti,
Eloquij, his addis flumina magna tui.
Dotibus his apicem sacrati flaminis ornas,
Defendis Christi & pastor ouile lupis.
Me quoque qui subij nuper, bone pastor, ouile,

Illud

Illud idem assuetâ, protege quæso fide.
Excessi patriâ fatis agitatus iniquis.
Da tutum hunc nostris artibus esse locum.
Et si quid natura potens exercita curis
Efficere aut studijs mollibus ipsa queat,
Astrictum numeris seu poscis amabile carmen,
Seu petis exultet plenus in ore sonus,
Illa tibi memores semper debebimus, atque
Mens erit in laudes officiosa tuas.

AD DEIPARAM VIRGINEM.

SYdus ô nostris toties amicum
Vocibus, virgo; cecini quid vnquam
Si tibi gratum, precibus precamur
Annue castis.
Seu per anfractus iter insuëtos
Siue carpendum loca per iniqua
Seu per vdosum fuit esculetum,
Numinis aura
Defuit nunquam tua, semper hostis
Submouens technas rugientis ore
Inuido.

Invido, vt raptis catulis leæna aut
Hispida Tigris.
Arma dum toto fugitamus orbe &
Aleam Martis, patriæ expiandam
Sanguine ignotis residemus oris
Fata secuti.
Nostra, quod ducunt, aliam petentes
Flandriam, charo procul à parente
Auxilij expertem, socijsque amicis
Dispare sorte.
Virginis fili genetrixque virgo,
Da senectuti benè sit paternæ
Dáque maternæ bene sit, propinqua
Fata morando

EPIGRAMMATA EIVSDEM

Ad insignia quibus donatus est ab amicis.

Ad Insignia IESV CHRISTI.

Lancea, crux, virgæ, gallus, claui atque corona
Alea, spongia, vestis, arundo, insignia Christi.

Ad

Ad insignia COMITIS DE LIGNE.

IN melius quia se semper virtus tua profert,
Flammea trabs auri tangit vtrumque latus.

Ad insignia PHILIPPI DEGNIES de Willerval.

CVm tua maiorúmque tuorum insignia præbes,
Hæc addis patrio carmina facta pede.
Stat sua cuique dies, angusti finibus æui
Clauditur, & retro tempora nulla meant.
Ast virtutis opus factis extendere famam, est
Nobilibus, vitámque eripuisse rogo.

Ad insignia GEORGII FVGGER.

SVnt cærulo aruo aurata vtrinque lilia,
Et æquore aurato vicißim lilia,
Sunt cærula, & stans desuper mulier caput,
Auro coronata Indico, mitram tenet
Dextrâ illius, fluente in occiput coma.

Ad

Ad insignia PETRI NACLEI Rectoris Academiæ Dolanæ.

ARgenti auratas destinguit regula trabes,
Cornibus ha um vnam lactea luna tenet
Illa secans campum rubrum: via candida signat
Iustitiam cultam mollibus imperijs.
Aurea te virtus, stellis rutilantibus ornat,
Tu sidus magnum sidera parua regis.
Agnoscítque lubens Rectorem operosa iuuentus
Palladis, in pretio téque senatus habet.

Ad insignia PETRI DE MARANCE.

CAEruleo in campo fuluus leo, docte Maranci,
Stat tibi, quem mediam linea nigra secat.

Ad insignia PETRI SAVGET. I. V. D.

CÆruleus fuluo color hic distinguitur auro,
Album ter folium pagina nigra gerit.
Aurum prisca fides, color est cæli quoque signum
Alba venit nigrâ sæpe notata dies.

Ad.

Ad insignia ALTETI ab ACHTERVELT. I. V. D.

DVm piscem maris unda feret, dum sidera cœlum,
Lilia dum campus, dum via trita rotam.
Stabit amicitiæ niueæ venerabile nomen,
Alteti & studium Deculionis erit.

Ad Insignia ANTONII GARNERI. I. V. D.

AVro stat tibi nigra aquila & tendētibus vncis
Cæruleo in campo candidus agnus ouat.
Extantem ex humeroq; crucem subtus pede claudit
Vexilloque albo crux rubra signa gerit.

Ad insignia IACOBI BENNINGII. I. V. D.

QVando diuitias animi virtutibus æquas,
Doctrinâ censum nobilitásque tuâ.
Anne potest quicquam te Iacobe benignius esse?
Rectè auro Venetam ponis amice crucem.

Ad insignia PAVLI CHRISTINI. I. V. D.

IVstitiam dum corde colunt, dúmque ense saluti
Defendunt, gladios dant tibi, Paule, duos,
Maiores: insigne nepos trans corda cruenta
Hoc tulit, illustre vt sidera clara poli.

Ad insignia SIXTI ab EMINGA.

NIgram aquilam aurato in campo Phœbe excipit alba,
Vncis ille pedum cornua vtrinque premit.

Ad insignia PETRI LVDOVICI PEROTTI.

ARea cælestis crescentem lumine Phœben
Excipit, argentumq; excipit hanc mediam.
Sub subscude micat niueâ clarissima stella,
Crescam apparebo dum, Ludouice, canis.

Ad

Ad insignia DAMASI à BLIENBVRG.

ANnule cælato qui Adamantem claudis acutæ,
Auro, inter niueas stans rubicunde rosas,
Vsque ab auis atauísque tuis insignia præstas
Blienburgo, illius nobilitásque genus.

Ad insignia LVCÆ OPMERI. I. V. D.

DEsignatus eram orator tibi, laurea quando
Doctoræ est studijs tradita rite tuis.
Sed morbus dum te arripuit, claros mihi honores
Abstulit, optatum ac ambitionis opus.
Μνημόσυνον tamen hoc pingis mihi, candido in arua
Tres flores viridi caule micante coma.

Ad insignia HVBERTI FLORMONDI.

STella tenet cæleste solum, montémque cubantem
Illustrat, florem hic caule virente gerit.

Ad

Ad insignia BERNARDI ALEXII.

AVrato tibi colle triplex flos surgit Alexi
Auratus, fers hoc, candida semper erunt.

Ad insignia ANATOLII CHERMINERI.

MOnte mihi viridi surgentem culmine laurum
Pingis & hanc lustrat candida stella triplex.

Ad insignia BERNARDI WARKII. I. V. D.

AVrea cælesti spatio duo tigna micante
Stellâ, Arlunensi mittis ab vsque solo.
Et scribis: quaudiu spectabitur æthere sidus,
Hærebit cordi nomen honósque tuus.
Claráque dum Phœbo succendunt cornua lunæ,
Præsto aderit meritis gratia nostra tuis.

Ad

Ad insignia PETRI IACQVOT.

STant tibi sub tristi tres flores cortice: Nunquid
Hæc sunt fortunæ symbola, amice, tuæ?
Nam succi plenus quondam nitidúsque iuuentâ,
Nunc audis membrorum ariditate malè.
Atque tori officium accusat furibunda iugalis
Vxor, perpetuum conqueritúrque gelu.
Non optans quod abest fœlix tu cœlibe vitâ,
Illa optans quod abest, non misera esse nequit.
Improba nam mulier pueris lubibria præbet,
Incedit senibus fabula multa viris.
Hanc matrona grauis vitat, vitántque puellæ
Castæ, connubium non nisi scurra petit.

Ad insignia IOANNIS ROMERI

TE velox equus ille mouet virtutis auitæ,
Quæ dat cæruleus præmia digna Deus.
Romerus prudens doctrinâ instructus & armis
Temporibus binis præmia bina gerit.

Ad insignia EVERARDI & FECCONIS de EMDA.

SVnt vestris tria corda inscripta insignibus auri
In medio: est aurum vestra probata fides.
Virtutis robur signant tria corda, nec illud
Deuicit ferrum aut corporis illecebræ.

Ad insignia GEORGII DAVID.

ARgenti in tigno volucris stat fulgida, & illud
Cornua purpurei tangit vtrinque soli.

Ad insignia GEORGII KRVFII.

ARgenti campum medium rubra regula scindit,
Et rubra sunt albo lilia picta solo.

Extrauagantia.

AVrea nunc fient exclamas Elboe sæcla
Aurea quando Deo sacra dicata rapis.
Crede mihi verè tunc aureaq; sæcla fuerunt,
Auro quo minimus tempore venit honos.

Ad

Ad CORDILVM.

QVid mihi diuitias frustra promittis & auri
Munera, pauperior paupere patre vir es.
Quidue magistratus insignia Cordile monstras.
Non tu, non auus hæc, non tulit hæc atauus.
Si per te similésque tui patrimonia restent
Integra, téque tuo plus & habebo patre.
Si per te similésque tui respublica salua est,
Claudetur meritis curia nulla meis.

Ad PVLCHRVM.

Sæpe mihi dicis si æternam ferre salutem
Optem, isti puero me decet esse parem.
Hæc saluator ait, certo scio (Pulcher) IESVS,
Non tamen hic retegi membra pudenda iubet.
Et rursus præcepta inquis sunt Altitonantis,
Crescite, multiplicent semina vestra genus.
Pruritu alliciente tuo, parêre puellam
Vis desiderio quamlibet ipse tuo.
Omni dum lateri nullo discrimine femur
Iungis, iure potest nemo vocare patrem.
Euitas legem de alimentis contribuendis,
Agnosci & prolem quæ iubet, arte tua.

Ad LVSCVM.

CErdo putres secare qui consueueras
Pelles, recuruo scalpro & ore tēdere
Corium vetustum, Lusce, nūc ex pulpito
Audes sacratas ore litteras malè
Interpretari, extendere ad libidinèm,
Circumuenire & simplicē Christi gregē.

Ad ROTARDVM.

CVm nec grammaticus, nec esse posses
Procurator: & egestas domi te
Vrgeret, scapulas lacerna pinguis
Vestiret, toga plus satis striata
Vxorem tegeret, tuique nati
Nudis natibus ostiatim in vrbe
Pulmentaria quærerent, vbique
Prauis artibus hæresim tuendo,
Mercatoribus esse fæminisque
Gratum sæpe, Rotharde, gloriaris,
Quod nunc te dominum suum salutant.
Hoc est fæminea colus sophiam
Monstrare & famulum salacibus se

Sponte

Sponte offerre viris, virosuláſque
In fraudem mulierculas vocare.

Ad RVFFINVM.

CAlvinos, Anabaptiſtas, nudóſque Adamitas
Atque Lutheranos Svinguliósq́ vocas.
In cunctis te dogma recens nouitate venuſtum
Delectat: ſed ineſt quod quoque diſpliceat.
Sanguinolēta nimis Caluini eſt mens tibi, quin &
Mennonis ingrata eſt pauperies Cynica.
Natas tu non vis Adamitis ſubdere tauris:
Diſpicet & monachus coniugibus monachis.
Svinglius arma inter periit, tibi diſplicet author
Miles, Ruffine hinc factus es ipſe atheos.

DE VARIIS VINIS BVRGVNDIÆ COMITATVS.

Beſanchon.

PVra Biſontini colles tibi procula præbent,
Cætera Gommæus vitis adopta topes.

Chasteau Chalon.

Præ castro Caroli melius tu quærere noli,
Sed præstant vinis candida vina rubris.

Poligny.

Esse voles hilaris rupem Polihimnia præbet;
Extant qua veteri mœnia iuncta scholæ.
Dum canis atque heluosa bibis clarentia vina.
Echo ter resonat atque Liæus ouat.
Et toto cratêre salit, simul ora propinqua
Irrorat, mentis nubila discutiens.

Gy.

Si robusta cupis pectusque iuuantia vina,
Hæc mera Giensis terra benigna dabit.

Salines.

Monte Salinarum crescunt rutilantia vina,
Hæc sumas modicè, nî titubare velis.

Arbos.

Arbosium serò repetas, vt nocte quiescas,
Et propter pulices multiplicato vices.

Liondesomer. Iussei.

Sunt bona vir ...ondesonera hieme atque calente
Sole, ...ussæi quæ tibi mittit humus.

Dole. Grai.

Dat rubicunda Dolanus ager non pessima vina:
Arar Graiorum sed meliora parit.

Baume.

Nobile Balma merũ profert, terebratq́; cerebrum,
Ni infundis laticem, te arripere arma facit.

Desou. Quingey.

Vesuli Bromium melius bibe tempore brumæ,
Spissáque Quingæo condita vina cado.

Champlite.

Princeps Campliti patrium laudare solebat
Vinum, & mirificè me exhilarauit eo.

Villensam.

Faunorum veterum pagus, finis quasi mundi,
Monte vbi de aërio feruide Lupe cadis.
Imbribus hìc valles citiùs quam nubila cernas
Sæpe madent, ictu aut grandinis vua cadit.

Attamen hic Nymphis mistus Bacchus Satyrîsque
Effundit vinum de meliore nota.
AEde hîc Malioti missum fungi beneloti
Edi, quem Bromius sparserat eximius.

Rochefort.

Rupis fortis ager profert præstantia vina,
Hæc ego cum Belgis dulcia sæpe bibi.

Luxou.

Luxouij Bacchum tuti ò bibe tempore messis,
Frigore nam modico temperat ille sitim.

Montroland.

Vua micat pateris montis pede carpta Rolandi,
Cum Ioua Monachis hæc ego sæpe bibi.

Pesme.

Pesmæ fœcundo exornantur palmite vites,
Quâ ludit ripis, Lognoue, nympha tuis.
Qui pede carpis ite, cupidéque viatica sumis,
Adde cibo hæc terna mollia vina vice.
Prima sitim tollent tibi pocula, deinde secunda
Perficient gressus, gaudia tertia erunt.

Vin

Vin gommé.

Luxuriare lacu quamvis Gommeia vilis
Sueuit: cum stomacho haud conuenit illa tuo.
Otia sectanti ventri nocet, indéque vermes
Gignit & ad manes te properare facit.
Agricolis laßis hæc vina labore diurno
Prosunt, sunt labijs pocula digna suis.

FINIS.

Typographus Lectori.


Errata per iugem Auctoris absentiam siqua (ut vereor) commissa fuerint, ea rei typographicæ, immo communi rerum humanarum conditioni assignabis, benigne Lector. Falli enim (præsertim in alieno negotio) humanum est, at ignoscere humanius. Siqua tamen erunt, paucissima erunt. Vale.

SONNET.

DE veel-ooghighe faem, ſeer vvonderbaer
vermaert
Cortrijcke dynen naem, boven al ander ſtedē
Omme dat oyt in dy, tot op den dach van
heden
Geplogen es gevveeſt, den Vlaemſch Reden-
rijcken aerdt
VVat zal zy maken nu, Nu haer es gh'o-
penbaert
De *Cuule* grauers ſchat, (die haer geeft nieu-
vven reden)
V louē meer en meer, naer haer gevvone zedē
VVant, t'zijn fijn peerlen al, vvt den *Cuule* by
een vergaert
In Cypers louter goudt, ſtaende conſtich
verheven
Die den Parnaſſj Berch, met de Suſters tvvee
en zeuen
D'oogen verlichten doen, ja verſcherpen ha-
re zinnen
O *Cuule* vvie zou dat, van v hebbē gedocht
Dat vvt v zulcken ſchat, int licht zoud' zijn
ghebrocht
Ia ſchat veel ſchatten vveerdt, voor haer die
conſt beminnen.

De vlucht es zekerſt.

I. V. M.



Om-

ORationes hæ & Poëmata Iusti Iodoci Deculeonis, nihil continent Rom. Ecclesiæ, aut moribus Christianis contrarium.

L. Beyerlinck
S. T. L. Canon. & Censor. Antuerpiensis.

Cum gratia & Priuilegio

Bosschere.



